Caput itis dr a capio is. q: oēs sensus 7 etiā nerui ab eo initiū capiāt. 7 ex eo oīs viuēdi cā oriat. Ibi em̄ oēs sēsus apparēt. Vñ ipius aīe. q̄ corpi ꝓsulit psonā q̄dāmodo gerit ꝑm hug. Et Pap. dicit. Est caput dictuz q: capiat cūctos sēsus. Caput et mētez signat. que caput est aīe ꝑm hug. 7 ponit q̄nq̄z ꝓ ꝓncipio. vñ ꝓpba. In capite libri scptū ē de me. Qnq̄z etiā ponit ꝓ fine. Eccl. xxxij. Habeat caput rūsum tuū. Ponit etiā q̄n q̄z ꝓ dominatu. vñ versus. Principiū caput est. ps corporis 7 dñatus. 7 est final' lra t. q̄d patet ad gtm̄. Caput ꝓponit cū bis 7 cū tris. 7 dr̄ biceps itis. triceps itis ge. ois q̄ hz duo vel tria capita. Innenit etiā h̄ biciput h̄ triciput neu. ge. i. geminū vel trinū caput. cōponitur etiā caput cū occiduū. 7 dr̄ hoc occiput itis. i. occidua. vel postrema ps capitis. vel occiput cōponit cū ob. et caput. 7 dr̄ sic q̄si ꝓ caput. q̄a sit capiti retrorsum. 7 idē dr occipitiū. Itez ꝓponit cū sincer⁹ 7 dr̄ sinciput itis. i. ꝓr 7 anterior ps capitis quasi sincera 7 pura. 7 patens ꝓpter capillor⁹ absentiā. Itē ꝓponit cū p̄ 7 dr̄ pceps. 7 cū an̄ 7 dr̄ anceps. Et no. q̄ ꝓposita a capio faciūt gtm̄ in pis vt ꝓnceps pis. Hz ꝓposita a caput faciūt gtm̄ in tis. sicut dixi in capio.

Carabrio onis gen⁹ auis mustele silis.

Carabo pua schapha ex vimine facta crudo corio cō texta. vt ē nauicula discurrēs in pado.

Caracter ris grece. imago nouus vultus. effigies. forma vel stilus. figura lra ferrū q̄ note pecorib⁹ inurunt vñ 7 ipa nota vel signū caracter dr̄. 7 est mas. ge. 7 cor. penul. gti. Hz pōt queri q̄d sit caracter. 7 i q̄b ordinib⁹ caracter imp̄mat. Ad h̄ dico. Caracter ꝑm theologos est distinctiū signū q̄ q̄s ab alijs distinguit ad aliq̄d spūale deputat⁹. Hz ad spūale pōt aliq̄s triplicit̄ deputari. vno modo vt aliquis in se spiritualia ꝓticipet 7 ad h̄ q̄s deputat in baptismo. qñ iam deputat⁹ potest esse particeps omnis spiritualis receptiōis. vnd̄ caracter baptismalis est quasi quedam spiritualis potentia passiua. Alio mō vt spiritualia quis in noticiam ducat p xp̄i fortē ꝓfessionez. Et ad hoc deputatur q̄s i confirmatione. vnde etiam in tempore persecutiōis eligebant aliqui qui debebāt in loco p̄secutionis remanē ad publice nomen xp̄i confitendum alijs occulte procedentibus. sicut patet in legenda sancti sebastiani. Tercio modo vt etiam spiritualia credentibus tradat. 7 ad h̄ deputat aliquis p sacramentū ordinis. Et ideo sicut in baptismo confert caracter 7 in ordine ita 7 in cōfirmatione. Et hec tria sacramenta. s. baptismus cōfirmatio et ordo. in quibus confertur caracter non possunt iterari. cum habeant effectum semper manentem sine iniuria sacramēti. Et scias q̄ distinctio huius caracteris in veteri lege figurata est. In distinctione em̄ filiorum israel ab egyptijs figurabatur caracter baptismalis. In distinctione timidor⁹ a fortib⁹ i bellis. caract' cōfirmationis. In distinctione leuitar⁹ a fratrib⁹ suis. caracter ordinis. De degradato an potestatē ꝓsecrandi amittat dicemus infra cū de missa dicet'. et cor. p̄mā caract'. vñ q̄dā. Exurit signat res distiguēdo aracter.

Caracterismus mi. descriptio forme alicuius. et dicit' a caracter.

Caracto tas. i. scribere. et a caracter dr̄.

Caradrion. auis q̄dā alba tota. cui⁹ interiora oculos caliginosos curāt. Si viuere dz infirm⁹ appropinqua

bit sibi. Si ꝙo mori fugit ab eo. Per medias noctes i sublime celi dr volare signat 7 xpm ita dic. Dap. in li. aūt d. ppetarij 7 naturl rex dr sic. Caladri⁹ fm ph̄m ē albi coloris nullā hns ptē nigredis cui⁹ ps infernor ip sius femoris purgat caliginē oculor. Cui⁹ natura tal' est q̄ qñ aliqs grauī detinet infirmitate. si egritudo fuerit ad mortē Kaladri⁹ auertat faciē suā a sic egrotāte. 7 sine dubio tūc morit' hō. si aūt ifirm⁹ dr ꝙualescē. figit visū i ipm 7 intēdit i eū q̄si applaudēs ei. 7 pōt scribi p c. vel p k. caladri⁹. Differt aūt kaladrius ab auicula q̄ dr calandria. q̄ est auis sonora 7 canora sicut merula. sic dicit glo. Deut. xiij. vbi dr. Differunt ꝛc. vide in caladrius.

Caragma atis. ge. neu. i. ipressio. imago vl' figura. Unde Auian⁹. Sicut nūmus bz caragma cesaris sic hō bz caragma dei. 7 derivat' a caract'.

Caraxis xis. fe. ge. i. notatio. 7 dr a caracter.

Caraxo xas. i. scribē. a caracter dr fm hug. Pap. dic. Carazare. i. exinanire. scribere.

Carbasus si. a careo 7 basis. 7 dr h carbasus si. ß i pla li carbasa orū. neu. ge. i. velū q̄si carēs base. i. substētam to ab inferiori. Carbasus etiā dr q̄ddā gen⁹ vestis sub tilissime. Unde carbasius ea. eū. fm hug. 7 dr h carbas⁹ in singulari vestis sinuosa. q̄ tā viro q̄ mulieri ꝙuenire pōt. ß carbasa orū. ad velanauiū ptinet cor. pn'. Unde Ouid. epi. Uidi pcipiti carbasa tensa notho.

Carbo onis. a carpo pis. dr. q. ab igne carpat'. vl' potius dr a careo es q. flāma careat. Qñ accessus ē dr pru na. Cū pruna extincta fuerit carbo vocat'. Et inde hic carbonari⁹ rij. q̄ facit carbones.

Carbūcul⁹ a carbo dr h carbūcul⁹ li. tā. p quo carbo ne q̄ p lapide pciosō ignito vt carbo. c⁹ fulgor nec no cte vincit 7 p morbo q̄dā inuenit'. q. i ortu suo rubēs sit vt ignis. postea niger vt carbo extict⁹. Qñ xpus. Est lapis ē morbus. carbo carbūculus extat.

Carcan⁹ nomē ciuitatis vel loci. 7 cor pn'.

Carcā. calcamo. arphat. emath. ciuitates i oriēte.

Carcer a coerceo es dr h carcer ris. cos q̄ reos coerceat. In singulari ꝑpe vbi rei claudūt'. ß i plurali vnd quadrige emittūt'. vl' repagula añ posita. 7 dr carcer q̄i capiens reos. 7 ē etymologia nō ꝙpositio. Qñ h carcerarius rij. q̄ carcerē facit vel custodit. Et hic 7 hec carceralis 7 hoc le.

Carchesia pocula. a loco carchesi vel spelūca vel summitas arboris nauis fm pap. Qñ grecismus. Est istrumētū dicas. carchesia nauis. Hug. xpo sic dic. Carchesia sūt i cacumine arboris nauis trochee quasi f. ira p q̄ funes trahūt'. vñ 7 quedā vasa ad silitudinē illor facta carchesia dicūt'. Trochee etiā st' vocate q. rotolas habeant. Trochos em̄ grece rota dr ltine. Itez carchesia sūmitas mali in q̄ corde ꝙcurrūt. Qñ lucan⁹. Ac vtinā summi curuet carchesia mali.

Cardia die. q̄dā morbo. s. cordis pulsus. 7 dr a cardiā quod est cor.

Cardiac⁹ ca. pn'. cor. i. cordis pulsū patiēs quasi cor ardēs bñs ꝓpter sitim. 7 dr ab ardeo 7 cor p ꝙpositiōz. Uel dr a greco cardion q̄d est cor. Qñ iuuenal'. Cardiaco ciatū nunq̄ missurus amico. vel sit cōpositum a cor 7 bio as. q̄si cor bians bñs ꝓpt' sitim. 7 tūc dicet' cordiacus nō cardiacus.

Cardiā grece latine dr cor. 7 accentuat' in fine.

Cardinalis. A cardine dr h 7 h cardinalis et h le. Et cardinarius ria. riū. i eodē sensu. s. q̄d ad cardinē pertinet. et h cardinal' lis. ablīo ab h cardinali. q. p eos mūdus dz regi 7 gubernari et moueri sic ostiū p cardinē. Quedā etiaz xtutes dicūt' cardinales ad silitudinem cardinis in q̄ mot⁹ ostij firmat'. q̄s nimirz xtutes vt dic grego. i tercia omel'. ezechielis. tūc vracit' accipim⁹ cū earz ordinē custodimus. Prima q̄dē prudētia. secūda fortitudo. tercia iusticia. quarta tpantia est. Quid em̄ ꝓdest prudētia si fortitudo desit. Scire em̄ cuiq̄ q̄d ñ pōt facere. pena magis q̄ xtus est.. ß q̄ prudent' intelligit q̄d agit. 7 fortit' agit q̄d itellexerit iā. pculdubio iustus est. ß iusticiā tpantia sequ dz. q. plerunq̄ iusticia si modū nō hz i crudelitatē cadit. Ipa q̄ iusticia xa iusticia ē. q̄ se tpantie freno moderat. vt i zelo suo q̄sq̄ feruet sit et' tpans. ne si pl⁹ ferueat pdat iusticiā. cui⁹ fuare moderamina ignorat. Et vt dicit augu. i. xiij. lib. de trinitate. Justicia ē in subueniēdo miseris. prudētia in pcauēdis insidijs. fortitudo in perferēdis molestijs. tēperantia i coercēdis delectatiōibz prauis De his dr in lib. sapie. Sobrietatē 7 prudētiā docet. iusticiā 7 vertutē. sobrietatē vocat tpantiā. 7 xtutē vocat fortitudinē. vide etiā i dos botis 7 virtus.

Cardo dinis. icerti ge. dr a carpo pis. q. vertēdo carpat'. vel dr a cardian. et ē cardo pua ps ostij. s. cun⁹ q̄ i foramine vertit'. Qñ 7 cardo dr ipm foramē aliqñ. et dr cardo a cardian qd ē cor. q. sic cor hoiez regit 7 mouet. ita illa cun⁹ ianuā regit 7 mouet. Cardo et' dr extremitas rei. vñ 7 cardines celi dicūt' extreme ptes axis sic dicti. q. p eos xtit' celū. Cardo et' ponit' p opportunitate vel articulo. vñ puerbialit' solet dici. Res est i cardine. i. i articulo vel i opportunitate. Qui em̄ i cardine ē leuit' pōt intrare vel exire. vñ virgil⁹. Haut tā to cessabit cardine rex.

Cardomomū momi. herba q̄dā ē. granū q̄ddā species aromatis. 7 pdu. mo. sicut amomū cinamomū.

Carduelis lis. fe. ge. quedā auis dicta a carduus quia scirpis 7 carduis pascat'.

Carduus dui. dr a carpo pis. q̄si carpus. Reg. iiij. lib. xiij. capło. Cardu⁹ libani misit ad cedrū. Et ē cardu⁹ gen⁹ herbe spinose. cuius natura mordax et austera est 7 iō succus eius allopicias. i. capilloz fluxus curat.

Carectū ti. locus vbi crescit carex vel reponit'. 7 derivatur a carex. Elir. in buc. Tutire coge pecus tu post ca recta latebas. Job. viij. Aut potest crescere carectū sine aqua.

Careo res. pteritū bz. 7 suppletiōz pteriti. 7 duo supina. s. carui caritus vel cassus sū cassū su. 7 caritū tu. Caritū tu. q̄d ꝓbat carituras. 7 cassum su. q̄d ꝓbat cassus a. um. Carēs carit⁹ vel cassus. caritur⁹ vel cassur⁹. q̄d ꝓbat cassus. 7 ē idē carere q̄d nō hre. 7 ē neu. cū oibz suis ꝓpositis si aliq̄ ab eo xba ꝓposita iueniant fm hug. et cor. ca. Ouid. epi. Q̄d careat alterna requie durabile ñ est. Bz carus ra. rū. pducit ca. vñ xpus. Semp amore care ne te careas mihi care. papias dic. Careo res. rui. cassū q̄uis cariturus ra. rū. faciat pticipiū. 7 fm h cariturus irregularit' formar'.

Carex cis. fe. ge. q̄dā herba. vt dicūt cāna palustris 7 dr a careo es. q. robore careat fm hug. Pap. vero sic dicit. Carex herba acuta. vulgo lista. 7 cor. ri. in obliqs vt caricis.

Caria rie. i. caries. vide i caries.

Cariathbarbe. que 7 hebron dr. 7 iterpretatur ciuitas quatuor. Arbe enim quatuor cariath ciuitas quia ibi sepultus est adam. maximus abraam. ysaac 7 iacob. cū vroribz suis.

Cariathsepher. interpretat' villa pulcritudinis vel ciuitatis literarū.

Carybdis. a carina dr. hec carybdis q̄ddā piculū marinū sic dictū. q. carinas abdet. i. absorbeat. Aq̄s em̄ accipit vt vomat. vomit vt accipiat. vñ Ouid. Euomit 7 potat dira carybdis aq̄s. vel carybdis q̄dā vrtula voracissima fuit. q̄ q. boues herculis furata ē a ione fulminata ē 7 i mare ꝑcipitata antiquas ibi exercet rapinas. Qñ ille loc⁹ dr carybdis 7 ē b. cius dē syllabe cuz d. vel carybdis vt dicit papias. mare ē xtigmosū i sicilia dcā grece. q. gurgitibz occultis. naues absorbeat. Teri die stringit fluct⁹. et ter vomit. 7 dr carybdis. quasi carias abdens. q. eas i mare submergit. vide in scilla. Et desi

nit actūs singularis ī im.7 abltūs ī i.vt carybdi.
Carica a copia dr̄ hec carica ce.i.fructus palme.et ficus sicce.vel potī massa illaꝝ.vñ 7 a copiositate sī nominate.q: multe sūt i vna massa.vel dr̄ a caris qđ ē grā q: tales fructꝰ gratiosi sūt.7 cor.pnl'.Ouidius.Quid vult palma sibi vulgosaqꝫ carica dici.
Caricia cie.in caritas est.
Carientissimos.vide ī quarta ꝓte.ī ca.de tropis.
Caries a careo es.dr̄ ħ caries riei.i.putredo.q: careat soliditate.Hȝ caries ē ꝑ̄pe lignoꝝ.putredo x̄o aliaꝝ rer̄.7 dr̄ sic.q: eueīat lignis soliditate 7 x̄tute carētibꝰ 7 hec caria rie.in eodē sensu.
Carina ne.a cario is.dr̄ hec carina ne.media ps nauis q: cū remis currēs diuidit aquas.vel potī dr̄ a curro is.carina quasi currina.Et ē carina ꝑ̄pe media ps nauis.s.vēter.ħ ponit' qñqꝫ ꝑ ipa naui.qđ autem dr̄ carina quasi carens rima etymologia est non compositōis oñsio.7 ꝑdu.pnl'.vñ q̄dā.Dic latinus esse ratē ventrez hic esse carinā.
Carinator torris.i.ꝙuiciator 7 maledictus.7 deriuat' a carino nas.
Carino nas.verbū neu.i.arguere.vel ꝙuiciari vl' illudere.7 dr̄ a careo es.
Carinꝰ ni.q̄dā vir a terētio inductꝰ dictꝰ sic q̄si carēs noy.i.mēte 7 sensu.a careo 7 noy.vel sit ħ etymologia.7 deriuat' a careo res.
Cario as.i.putrescere.et est lignorum.7 deriuat' a caria rie.
Cario is.i.dividere verbū actiuū.
Carios⁹.a caria vel caries dr̄ carios⁹ sa.sū.i.vtust⁹ putridus.7 ꝑpat' carios⁹ sior.sissimꝰ.vñ carios⁹ sius.sissime aduer.
Caris grecū 7 int'pretat' grā.7 accentuat' in fine 7 ꝑt scribi ꝑ k.sine ꝑ c.
Carisia sie.i.lena vtꝰ.litigiosa.7 dr̄ a careo es.vnd' 7 fallaces ancille carisie dicūt'.q: veritate carēt.
Carisma matis.ge.neu.i.grā vel domū gratie.et dr̄ a caris qđ ē grā.7 cor.penultimā gti.vñ q̄dā.Vult crux lucia cinis 7 carismata dia.q' det vota pia q̄rta sequēs feria.
Caristeū stei.ge.neu.genus marmoris viridis a caris qđ est grā sic dictū.q: sit gratū sculptoribꝰ eius em̄ viriditas refecit oculos.
Caristia stie.in caritas vide.
Caristo a caristeum.dicitur caristo stas.i.fulgere vel caristare.i.gratias referre.vel letari.7 ꝑm hoc deriuat' a caris.
Caritas.A caris qđ ē grā dr̄ ħ caritas tatis.i.dilectio vel rei emptio difficilis.qđ magis ꝑ̄pe dr̄ ħ cartitudo dinis.7 hec caristia stie.qđ et' dī festꝰ 7 gratiosus dies 7 etā suauitas 7 dulcedo 7 grā.7 hec caritia ī eodē sensu ꝑm hug.Pap'.et' dicit.Caritia dies festꝰ int' cognatos.Dr̄ aūt caritas q̄si cara vnitas.q: nos vnit caro.vñ apls dicit q' caritas est vinculū pfectionis.i.pfecte vnionis.Signū aūt caritatis ē gaudere cū gaudētibus 7 flere cū flētib⁹.Itē excusatio 7 opimētū delicti ꝓximi q: vt dicit petrus.Caritas operit multitudinē pctōrū.
Cñ q̄ frat' diuulgat dilectū ꝓximi.maxime vbi non pōt cē correctio signū ē nullꝰ vel pue caritatis ad ꝓximū.Cñ aūt libent' opit 7 excusat.scđm.s.deū signū caritatis ē.
Hȝ pt q̄ri an mali siue pctōres sint diligēdi ex caritate.Dico q' ī malis ē duo ꝓsiderare.s.nām quaboies sūt 7 maliciā q̄ mali sūt.q: g̃ ꝑm naturā sī ad imaginē dei 7 vite diuine sūt capaces.iō ꝑm naturā suā sī ex caritate diligēdi.Malicia aūt ipoꝝ ꝓria est dīne vite.7 iō ipa in eis odiēda est.vñ augu.dic.Sic diligēdi cūt boies vt eoꝝ nō diligāt' errores.Sciēdū tñ q' i peccatoribꝰ q̄diu sūt ī hac vita sūt adhuc rōne nature humane manet possibilitas ad grām.Nō aūt ī dānatis et demonibꝰ.7 nō ē silis rō d' pctōribꝰ 7 dānatis.vñ ꝑz q' dānati nō sūt diligēdi ex caritate.Iz pctōres ī hac vita ex caritate diligi debeāt,nec et' ꝑ dānatis est oranduz Et q' dicit.Diligite inimicos vr̄os.7 bñfacite his qui oderūt vos 7 orate ꝑ ꝑsequentibꝰ 7 calūniātibꝰ vos.Intelligit' donec sūt i vita ista i q̄ sūt oīones nr̄e eis ꝑdesse ꝑnt.vñ dicit grego.moraliū.xxiiij.Orāt sci ꝑ inimicis suis.eo tpe q̄ ꝑnt ad fructuosam pniam eoꝝ corda convertere.arqꝫ ipsa ꝙuersiōe saluare vide ī dilectio 7 īzelus 7 ī scādalū 7 ī pfectio.et inimic⁹.Itē ad q̄d valeant bona opa ex caritatē facta bēs in op⁹.vide et ī ꝓceptū.Itē q' caritas ē porta paradisi bēs ī rompbea.Itē vide i vita.
No.ħ q' bona opa ī caritate facta etiā si transeāt actu manēt tñ q̄tū ad meritū i dei acceptatōe.Et ꝑm ħ q' sic manent hñt efficaciā q̄tū i ipis ē inducēdi faciētē ad vitā eternā.7 sic dicūt' viua remanē.ħ q' effectū ī peccatorē nō hñt est ꝓ accidēs ꝓpter pctm̄ qđ facit peccatorē in dispositū ad ꝓcipiēdū effectū ꝓcedētium meritoꝝ.Nō aūt q' ab ipis opib⁹ aliq̄d remanet' cñ ī suo fieri efficatiā ꝓdictā obtinuerint ħ ipo q' ex caritate sūt elicita.qđ eis seq̄ns pctm̄ auferre nō ꝑt.Et iō remota ī dispositōe a peccatore ꝑ pniam.opa illa ꝓcedētia effectū suū.in ipo iterꝝ hīe incipiūt.7 ꝑm ħ viuificari dicunt'.Nō g̃ opera prius viua moriunt' in se.sed moriunt' ꝓ accidens quo ad ipm effectū 7 ideo remoto illo accidēte vivificari dicūt'.si aūt ꝓdictꝰ peccator moriatur in peccato mortali tunc bona precedentia nō ꝑ sunt sibi ad meritū vite eterne prosunt tamen iustis et perseuerantib⁹ in pnia.7 etiā in beatis.Unde in apoca.ca.iij.Tene quod habes.vt nemo accipit coronam tuam.Quod duob⁹ modis pōt intelligi.si.n.intelligatur de corona presentis iusticie dr̄ coronā ei⁹ alī⁹ accipere.dū opa ipius in caritate facta q̄ sibi 7 alīs prodeerant.ꝑm q' spūs caritatis facit cōmunia merita sanctorū ipo peccāte sibi ꝑdesse desinūt ad meritū vite eterne eoꝝ tñ fructus ī illis manet qui in gratia perseuerāt Nō tñ ita q' eadem numero gratia que est in vno ipo peccāte in altero fiat.Silr etiā exponit' si intelligatur de corona future glorie.quia sancti in patria existētes gaudēt de oīb⁹ meritis sanctoꝝ qui in mundo sunt.vñ aliquo peccante cui⁹ multa merita ꝓcesserūt gaudiū illoꝝ meritoꝝ ineternū manebit ī ibtis qđ ipe peccando amisit.7 nō ita q' gloria q̄ ꝑdestinata ē vni alteri detur.
Opa x̄o que fūt ī mortali mortua sūt 7 iō adueniente pnia illa bona nō reuiuiscūt.vñ x̄ſus.Illa reuiuiscūt que mortificata fuerūt.Eluere nō ꝑnt que mortua nata fuerūt.Iñ pnia possit iterari habes in penitētia.
Utrū inuidēs fratri.7 inde dolēs possit eē ī caritate req̄re in inuideo.
Caritudo dinis.in caritas exponitur.
Carmelus q̄ hebraice chermel dr̄ mons est in cōfinio palestine atqꝫ fenicis.ħ nō ille de q̄ nabal carmel⁹.Ille em̄ mōs est galilee in terra ꝓmissionis.
Carmen minis.dr̄ a carmentis dea carminū.vl' dr̄ carmen q̄si carēs mēte.q: illi q̄ illud canebāt mente carere credebant'.Vel dr̄ a carpo pis.q: carptim ꝓnunciet'.7 dr̄ carmen quidquid pedib⁹ cōtinet'.Carmen etiam dī scriptū de aliquo delectabili cum metro vt in boetio Carmina qui quondam studio florenti peregi.Carmē etiam dr̄ quilibet cantus cū metro.Unde liber odarum intitulat' liber carminū.i.cantuū q: quelibet eius distinctio cantabilis est.Unde carmineus nea.neū.ad carmen ptinens.
Carmentis is.fe.ge.dea.carminū fuit mater euādri et dr̄ a carpo pis.
Carmino nas.vl' carmino aris.i.carmina facere 7 dr̄ a carmen minis.Et etiā ad lanā ptinet.vt carminare lanam quasi carpe vel purgare.
Carnalis in caro est.
Carnariū nary.locus vbi carnes reponunt'.7 dicitur a carne.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Carneus nea.neum ī caro vide.
Carnicula le.dimi.pua caro.
Carnifex cis.com.ge.i.homicidia vel macellator.7 dr carnifico cas.7 cor.fi.fm bug. Papias xo dicit. Carnifex dr q: carnē faciat.
Carnificina ne ꝓdu pnl.fe.ge.i.macellū.7 dī a carnifex. Un augu.in quodā ſmone ſtephani. Carnificinā itaq; ſui furoris iudeus exercuit. ß ouē ſuā dauid nr de ore fremētis excuſſit.
Carnificiū ficij.officium vel actus carnificis.7 dicit a carnifex.
Carnifico cas.pnl.cor.i.facere carnes vel intficere vl lacerare.7 cōponit a caro 7 facio.7 cōponit carnifico cū ex.7 dī ex carnifico as.i.dilacerare vel cruciare.
Carnulentus ta.tum.componit a caro 7 lentos qd ē plenū et eſt carnulent⁹ plenus carnib⁹.ſ.pinguis 7 craſſus.7 comparatur carnulent⁹ tior.tiſſim⁹ vñ carnulētetius tiſſime.aduer. Un hec carnulētia tie.i.craſſitudo.
Caro nis.fe.ge.dr a creos vl a creo as. vel dī caro q: cara ē. Et ē caro ex q̄tuor elemētis ꝓpoſita 7 cōpacta. Nā ſra i carne ē.aer i halitu.humor 7 ſanguīe. ignis i calore vitali. Et dr ꝓpe caro q̄ viuit idē 7 corp⁹. Corpus qd ñ viuit.idē ñ caro. Hz iā laxi⁹ vtimur iſto vocabulo caro. Itē.ꝓpe caro i ſingulari hūana. Carnes i plurali q̄libz alie pecorine.porcine vel alie.vñ carne⁹ neapolitanū.qd ē ex carne vl pīguis.7 carnoſus ſa.ſum.i.craſſus 7 cōpat carnoſus ſior.ſiſſim⁹. Un carnoſe ſius.ſiſſime aduer.vñ ß carnoſitas tatis.i.craſſitudo. Itē a caro ß 7 ß carnal 7 ß le.i.carnē vl q̄ ſeq̄t fragilitatē carnis q̄i fragile vl qd ꝓtinet ad carnē.vñ carnalr aduer.et hec carnalitas tatis.Et hz ꝓmā breuē caro.ß car⁹.ra.rū.ꝓmā ꝓducit.vñ q̄dā. Utilis ſepe caro.mea fit ꝓ munere caro. ¶ Et ſcias qd apls cū dic. Caro 7 ſāguis regnū dei nō poſſidebūt. q: carnis 7 ſanguis noīe nō ſbam veri corpis.ß corruptōz mortalitatis ſignat.ſic ipe ꝯnter expoſuit dicēs. Nec corruptio i corruptelā poſſidebit qd eīm dixerat. Caro 7 ſanguis dicit corruptionem.et quod dixerat regnū dei.nunc dicit incorruptelā. Aliter nāq; ſm grecos. Caro i ſcriptura ſacra iuxta nām.alit iuxta culpā.alit iuxta corruptōz mortalitatis q̄ ex culpa cōtingit appellat. Juxta nām q̄dē cū dī i gene. Hoc nūc os ex oſſibꝫ meis.7 caro d carne mea. Et xbū caro fctm ē 7 habitabit i nob. Juxta xo culpā qd dr. Caro ꝓcupiſcit adūſus ſpm 7 ſpūs adūſus carnē. Juxta corruptibilitatē āt cū dr ꝓ ꝓpham. Et rememorat⁹ ē q: caro ſt i.fragiles 7 moribūdi.vñ 7 recte ſubdit. Spūs vadēs 7 nō rediēs. Regnū itaq; dei caro ñ poſſidebit.i.caro iuxta culpā 7 mortalitatē.7 tñ caro iuxta nām regnū dei poſſidebit. Vide in hō.
Carol⁹ li.pnl.cor.rex frācie fuit.
Carpentari⁹ rij. q̄ facit vel q̄ ducit carpentū dicitur tn generalit oīs artifex lignarius carpentarius.7 dicit a carpentum ti. Et a carpentarius hic carpentariolus li.dimi.
Carpentū ti. A carpo pis.dr ß carpētū ti.q̄ddā genꝰ curuū.qd aūt dr carpētū quaſi carrus pōpaticus. q̄a i pōpis ſolet hīi.poti⁹ videt etymologia q̄ cōpoſitiō is oſtenſio.
Carpo pis.pſi.ptū.carpe xbū actū.i.repbēdē.diminuere.icidere.diſſipare. ꝓparare.purgare auferre. vñ q̄dā carpit diminuit.capit aufert.7 repbendit. Carpo ꝓponit diſcerpo pis. Decerpo pis. Excerpo pis.et abſtis oīb xbalia.7 ſūt actiua ſicut 7 ꝓmitiuū.
Carpobalſamum. Balſamū componitur cū carpos. vel xiros quoz vtrūq; interptatur fructus.7 dicit hoc carpobalſamum mi.vel hoc xirobalſamū mi.i. fructus ſiue ſemen balſami.vel liquor qui fit ex eius fructu ſiue ſemine.
Carpoforus. A carpos quod eſt fructus vel ſemen 7 foros quod eſt ferre.componitur hic carpofor⁹ ri.qui-

dam deus paganorum qui latine interpretat fructifer vel vberrimus.
Carpor ras.i.ſauciare.ferire.7 dr a carpos. qd magis vr deriuari a carpo pis.
Carpos grece.latine fruct⁹ vel ſemen.
Carptim aduer.i.ſparſim.diſtinctim.diuiſiz.a carpē do eligent.7 dr a carpo pis.
Carrena.7 publica pnia.7 q̄dragena vnū ſunt. Qui igit iſtā pniam fac q̄draginta diebꝫ nō intrat eccliam. 7 lanea veſte indutus ab eſcis et potib⁹ q̄ int dicti ſūt a thoro gladio 7 eq̄tatu illos ſupdictos dies abſtinet. Int cia aūt 7 q̄nta feria 7 ſabbato alq̄ genē leguminuz ac oleribꝫ pomis vel piris vel piſcicul cū modica ceruiſia vtat tpate. Hec oīa ꝓbant ex d bomicidiis.
Carruca. A carrio is. qd eſt diuido dr ß carruca ce. q: currēdo diuidit terrā. Eſa.lxvj. Et adducēt oēs fratres vios ꝛc.7 i lecticis et i mulis 7 et i carrucis. Item a carreo is.dr ß carrus ri.eadē rōne. Quidā tñ dicūt q carrus dr a cardine rotaz ſm bug. Papias xo dic.carrū ri a.cardine rotaz quatuor vl qd currēdo ſonet vel quaſi currus.
Carrus ri.ſm bug.maſ.ge.ſm Pap.ß carrū ri. Vide i carruca genꝰ eſt vehiculi.
Carta te. A careo res.q: caret pilis et carnib⁹.vñ hec cartula pnl.cor.dimi.et ß cartulari⁹ q̄ cartas facit 7 ꝓparat.
Cartago gis.a carta 7 ago agis ꝓponit ß cartago ginis.q̄dā ciuitas.q: fuit circūdata corio bouis. Un ß et hec cartaginenſis 7 ß ſe. Et adiectīe eē declinat ß 7 ß cartaginēſis 7 ß ſe.7 ꝓdu.ta.et pōt ſcribi ꝓk. Et ſcias q̄ cartaginēſis formal ab ß grō cartaginis. remota.s. 7 addita enſis. Un pz q̄ hz i.antepnl.ſyllaba.7 piſtoris piſtoienſis. Sicut ondi in tercia parte vbi egi d tenentibus in enſis. Multi tamen ſubtrahunt i.in pnūciatione cauſa euphonie.et dicunt cartaginenſis. Vide in feniceon.
Cartallū li.caniſtrū.cophin⁹ vel vas q̄ mortui efferūtur. Hiere.vj. Cōuerte manū tuā q̄ſi vindemiator ad cartallū. ß ß melius ſcribit ꝓ q. ſic i loco ſuo dicet ſm bug. Secdm pap.dī ß cartallus maſ.ge. Un ſic dicit. Cartall⁹.i.cophin⁹ vel caniſtrū.
Cartallus grece fiſcella latine.
Cartilago. A careo dr cartilago ginis.i. naris vel auris vel alteri⁹ rei aſſea teneritudo 7 ſine medulla qd genus auricule et nariū diſcriminaz coſtaz extremitates hūt.et dr ſic.q: leui attritu caret dolore duz plectit.et vt dic Pap. Cartilago oſſis ſpeciē hz.fortitudinē nō hz ſic diſcrimē nariū et auricule. Job.xl. Cartilago illius ꝛc.et ꝓdu.pnl. Un alexander. Cartilago riget ea dē mage carne rigeſcit.
Carūcula le.dimi.pua caro ſm bug.et Pap.
Carus. A caris qd ē grā dī carus ra.rū.i duab⁹ ſignificatiōib⁹. Carū dilectū. Carū cui⁹ emptio eſt difficil. et cōpat carus rior.riſſim⁹. Un care ri⁹.riſſime aduer. et ꝓdu.ca.ß caro nis.ꝓmā cor.
Caſa ſe.fe.ge.pua dom⁹.et dī a cad⁹ di.ſm bug. Sapiētie.xj. Et i locis deſtis fixerāt caſas. Vl ſm Papiā. Caſa ē agreſte bitaculū palis xgultis arundinibuſq; cōtextū q̄b⁹ pōt tueri a vi frigoris vel caloris.
Caſdei.in chaldei vide.
Caſeolus li.dimi.puus caſeus.
Caſeus ſei.dī a cado is.q: facile cadat et cedat vl dī a careo q: ſepe caret.q̄ſi carēs.et ꝓdu.ca. Un quidam Caſe⁹ anguilla mortis cib⁹ ille vel illa. Ni bibas 7 rebibas et rebibēdo bibas.
Caſia. A cado dis.dicitur hec caſia ſie. quedā herba cuius flos cito cadit. Unde caſia flos illius vel liq̄r inde factus et ſcribi debet per vnum ſ. Unde in pſalmo. Mirrha gutta et caſia. Et in Job vltimo ꝓ eius ſecūda filia.cor.enim ca. Unde perſius in vltima ſatira.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hec sibi corrupto casiam dissoluit olino. Item Oui. in.xv.metha. Qui simulas casias ⁊ nardi lenis aristas. Itē i aurora d̄ scda filia iob dr. Que redolet casia germana scda vocat. Et ponit inter spēs aromaticas ab isidoro.

Casleu.nouēber mēsis q̄ ē non⁹.⁊ accētuat in fine.

Casma matis.generis neu.i.porticus aeris vel fulgur etbere. Et ē grecū ltine dr̄ fulgetra. vñ casmatisso tissis.tissere.verbū excepte actionis soli deo ꝓueniens ꝑm hug. Pap̄. ꝙ dicit. Casma biatus terre dum rumpitur terra.

Casmatisso tissis in casma est.

Casoma me.acus mulieris q̄ mlier caput scalpit a cado dis dicta eo ꝙ cadere faciat in mūda.

Cassabūdus da.dū.i.cassus frustratus.⁊ dr̄ a cass⁹ qđ est vanus.

Cassar⁹ rij.i.retiari⁹ a cassis dr̄ qui retia facit.

Cassicula le.a cassis dr̄ hec cassicula le. puñ rete qđ et cassilis dr̄.vel dicit cassilis a careo quia careat soliditate in foraminib⁹.

Cassida in cassis vide.

Cassidil⁹ dilis fe.ge.⁊ ℔ cassidile lis neu.ge.dr̄ saccul⁹ pera.sarcipiū.sicatū.marsupiū.mocul⁹.locul⁹.crumena ꝑm hug. Papi.etiā dic̄. Cassidilis pera pastoralis. ⁊ ꝓdu.pnl̄. Thobias. Cassidili pfert.ancillare iecur.⁊ cor pnl̄.℔ ꝑ ℔ accidit cā metri. Quidā tñ legūt ibi cassiduli p u.i thobia.viij.ca. vbi dr̄. Protulit d̄ cassiduli suo ptē iecor.⁊ ita iuenit i antiq̄s biblijs⁊ ℔ vult hug. ⁊ pap̄. Quedā tñ biblie none hnt d̄ cassidili suo.⁊ cor. pnl̄.⁊ declinat cassidil⁹ lis. Quidā legūt ibi cassidili suo declinātes cassile.lidis.⁊ cor.r. pnl̄. siue li. Quidā et dicūt ꝙ cassidile dr̄ pera aucupis i modū reticuli facta. i q̄ponit aues q̄s i casse.i.i reti capit.⁊ dr̄ cassidile.q: q̄d qđ capit i casse sedet iclusiu⁹ i cassidilib⁹ vl̄ dr̄ q̄si cassis sedile q: breue ē vt sedile.i.fūd⁹ cassis⁊ sili mō rticulatū

Cassilis lis.in cassicula vide.

Cassis. A caput dr̄ ℔ cassis dis.i.galea.q: caput tegat ⁊ ē de ferro.⁊ ē ꝓprie militū. Galea ꝙ de corio ē.dicta a galeon qđ ē coriū.⁊ ē peditū. Et facit cassis actū cassidē vel cassida vñ ⁊ sumit ℔ cassida de.idē qđ cassis.vl̄ dr̄ cassis a careo.q: intus sit inanis ⁊ cassa. Regū.j. lib. cxvij. Cassis erea sup caput eius.

Cassis sis.mas.ge.i.rete.⁊ vt dicit isid̄.ꝓprie ē gen⁹ venatorie retis.⁊ dr̄ a capio.q: capiat vel dr̄ a careo q: careat soliditate in foramib⁹. Dr̄ ⁊ ℔ cassis dis ꝓ helmo. vñ ꝙsus. Fallit aues cassis.munit capit enea cassis. Si cassis cassis dicas signat tibi rete. Sꝫ galeā signo cū cassis cassidis aio.

Casso sas.saui.sare.i.frangere destruē. adnihilare vanū facere. Et est actiuū.⁊ deriuat a cassus noīe.

Cassus sa.sū.dr̄ a careo res. q: hꝫ ꝓteritū carui. ⁊ per suppletionē cassus sa.sum. Et no.ꝙ cassus.i. ꝓuat⁹ ꝓticipiū est.cassus ꝙ.i. vanus nomē est. Inde cassabūd⁹ da.dum.

Castanea nee.fe.ge.tā ꝓ arbore q̄ ꝓ fructu.⁊ dr̄ a castro stras.q: eius fruct⁹ in modū testiculor̄ germinant intra folliculū recōdit⁹ reijcit q̄si castratus.

Castellanus. A castrū dr̄ castellanus na.nū.qui inhabitat castrū.⁊ hic castellarius rij.dñs castri.vel qui p:e est castris.

Castellū li.a castrū dr̄ ℔ castellū li.⁊ ℔ castellulū li.ambo dimi.castellū ēt dr̄ ꝓductus vel receptaculū aq̄. vel vas ad aquā recipiēdā.⁊ vr̄ sic dici. q: ad modū castri sit dispositū.

Casteriū sterij.locus vbi remi collocant.⁊ dr̄ a castro vel a castris.

Castifer ra.rū.pnl̄.cor.q̄ flagella portat vt castiget. a cast⁹ ⁊ fero fers.

Castigo gas dr̄ a castus.⁊ est ꝙbū actiuū. Et est castigare castū facere vel corrigere.vel cōmouē. vñ i psalmo. Castigās castigauit me dñs. ꝙ aūt dr̄ castigare q̄ castū facere vel agere potius vr̄ ety. q̄ compositio.⁊ ꝓducit sti.

Castimonia a castus dr̄ ℔ castimonis nie.i.castitas.

Castor stor:is mas.ge. quoddā aial ē sic dictū a castro castras q: cū sentit venatores se sequētes seipm castrat vt euadē possit.sciēs se fugari pp testiculos. Testiculi em̄ ei⁹ apti sū medicaminib⁹. Idē ⁊ fiber fibri ⁊ beuer ⁊ canis pōtic⁹ dr̄ ꝑm hug. Isid̄.et i.xij.libro ety.ca.d̄ bestijs dicit.ꝙ cū ꝑsenserit venatorē se castrat ⁊ morsib⁹ virilia sua āputat. Et phisiolog⁹ et ℔ dic̄. Quidaz tñ opinant ℔ falsū eē dicētes ꝙ castor nō ē tāte discretionis ꝙ sciret se liberare talit.⁊ ℔ q̄tidie pz i castoribus. q̄ i diuersis locꝫ inueniūt.vñ qđ dictū ē d̄ castratiōe castoris nō d̄ castoribus q̄ fibri dicūtur.ℨ d̄ q̄busdā alijs aialib⁹ castoribus assimilātib⁹ i testicul⁹. ē forsitā intelligēdū.

Est aūt castor aial mirabile ⁊ mōstruosū. viuit i terra ⁊ i aq̄.natat i aqua vt pisces.i terra ābulat sic alia aialia. Cauda ei⁹ in oib⁹ nām piscis hꝫ ⁊ sapit.hꝫ em̄ squamas ⁊ spinas quēadmodū pisces. reliquū corp⁹ carneū ē nām hñs q̄drupedis aialis.⁊ nō ꝓmeditur in ieiunijs. Cauda ꝙ ei⁹ ꝓmedit i ieiunijs. Est āt castor i magnitudie ad modū pui canis.hñs pedes q̄si caninos a pte posteriori cū q̄b⁹ ꝑncipal⁹ ambulat. A pte vo anteriori hꝫ pedes q̄si anserinos cū q̄b⁹ ꝑncipal⁹ i aquis natat Dētes hꝫ acutissimos pellē pciosaz. Itē inuenit castor oris ꝓ q̄dā signo celesti. Un̄ dic̄ Pap̄. Castor ⁊ pollux apud paganos dij sūt habiti.q̄s et int sidera fixerūt qđ signū dr̄ gemi. Itē isid̄.i ethio lib.ety. vbi agit d̄ nominib⁹ stellaꝝ sic ait. Castor ē ⁊ pollux ē p⁹ morte int sidera notissima ꝓstituerūt. qđ signū gemi dicūt ⁊ cor. pnl̄.gti castor tonis in vtraq̄ significatione.

Castorē.a castor dr̄ ℔ castorē rei.i.medicamentuz qđ fit de testiculis castoris. Et adiectiue declinat castore⁹ rea.reum.vt castorea caro.i.caro castoris vel de castore existens.

Castra st̄ vbi milites steterūt dicta q̄si casta.vl̄ q: ibi castrer libido. Castꝫ ꝙ singl⁹ oppidū ꝑm papiā.hug. ꝙ dic̄. Castꝫ tri.dr̄ a castro as q: castrer licētia ibi inhabitātiū ne passiz vagare liceat.ne pateāt hostib⁹. Eadem rōne dicūtur ⁊ castra in expeditiōe tm̄ i plurali numero.vel quia ibi tanq̄ casti dnt esse luxuria em̄ vires eneruat. Vel dicitur castrum quia in alto loco est situ quasi casa alta.

Castrametor taris.i.diuidē vel ponere vl̄ mutare castra.vt castrametati sūt filij isrl̄.i.posuer̄t castra vl̄ mutauerūt.⁊ ē ꝓpositū a castra ⁊ metor aris.qđ dr̄ a metior vel muto tas ꝑm hug. Q̄nq̄z aūt inuenit. Castra st̄ metati.ita ꝙ sūt due dictiōes. Deu.ꝑmo. Metabūtur aūt castra filij isrl̄.⁊ ꝓdu.me.castrametor aris. Unde Lucan⁹ i ꝑmo. Audax hespereos veniā metat i agros

Castrensis a castro vel castris dr̄. hic ⁊ hec castrensis ⁊ hoc ense. Et est ꝑm pap̄.castrēsis dignitas vel honor castrorum.

Castrimargia gie.i.ꝓcupiscētia gule.ventris inglauties.a castus p ꝯtū dr̄.q: nō facit castos.

Castro tras.trauī.ꝙbū actiuū.⁊ dr̄ gall⁹ castrat⁹.q̄n ei amputati sunt testiculi.⁊ inde verbalia.

Castrū tri.in castra exponit.

Castus ta.tuz.dr̄ a castro as. Un̄ dicit Pap̄.⁊ hug. Castus olim primo a castratione dictus. Postea placuit veteribus etiam eos sic nominari q̄ perpetuaz libidinis abstinentiā pollicentur. Et compatur cast⁹ tior. tissimus. Unde caste tius.me.aduer.⁊ hec castitas. Et est castitas ꝓprie corporis incorruptio. Sꝫ continentia est post corruptionem luxui abrenunciatio. Dicit tamen continens non solū in castitate. sed etiam i cibo ⁊ potu ⁊ ira ⁊ coitu ⁊ in alijs. Quidam castitatem i cōiugijs spūalib⁹.ꝓtinentiā in virginib⁹ intelligūt. Illa āt est vera castitas que nec mente polluitur. Consuevit

etiam a quibusdaz distingui triplex castitas. Est nãqz castitas virginalis mrimonial' z vidualis. z in qualibet istaz bõ fidelis saluari põt.

Casula le. pua casa. Casula etiã dr vulgo planeta p sbyteri. qz instar pue case totũ boiem tegit.

Casus sus. sui dr a cado dis. Et a casus b z b casual' z b le. Et inde casualiter aduer. Sm Hug. Pap. xo sic dicit. Casus a cadendo dictus. p eos em̃ inflexa nomina variant'. z cadũt tã sensu qz lra. De casu accidente noĩs supza reqre ĩ tercia pte vbi egi d casu noĩs. Casus diuersa significat. Nã casus ẽ lapsus. ruina fortuna. euẽtus. omen. piculũ. Casus aũt vel fortuna sunt cause p accidẽs rarius eueniẽtiũ. ĩ bis reb q ꝑ aliqd aliud fiãt. Ut q cã videdi amicũ exinit. lapide sua gravitate cadenti ẽ pcussus. Vel vt dic boeti⁹ ĩ. v. de cõsolatiõe. Casus est inopinat⁹ euent⁹ ex ꝑfluentiũ causis ĩ bis q ob aliqd aliud gerũt'. sic z cũ vn⁹ abscõdit aurũ z alter effodiẽs terrã ob aliud idẽ inuenit b igit' fortuitu credit' accidisse. b nõ de nihilo. Nã ꝓpas bz cãs qui posuit prius et post effodit. Dicit em̃ boeti⁹ in. iiij. de ꝑsolatione notabile verbũ. Quis cãm tãte dispositõis ignozes. tũ qm̃ bon⁹ mom rector tpat. recte fieri cũcta ne dubites. Nã vt dr ĩ iob. Nihil in terra sine cã. Aristoteles aũt. ij. phisi. dicit. Casus ẽ cã agẽs pter intẽtionẽ. Et iõ q casualia sũt simplr loqndo nõ sũt ĩtẽta nec volũtaria. Et q. oẽ pctm̃ ẽ volũtariũ. Sm aug. ꝓueniẽs ẽ q casualia inquãtũ hmõi nõ sũt pcta. Cõtingit tñ id qd nõ est actu p se volitũ vel intẽtũ. p accidẽs sit volitũ z intentũ. Sm q cã p accidẽs dr remouens. phibens. Qñ ille q nõ remouet ea ex qbz seqt' homicidiũ si dbe at remouere. erit quodãmõ homicidiũ voluntarium. Hoc aũt ꝓtingit dupl'r. vno mõ qñ dãs opam rebus illicitis quas vitare debebat. homicidiuz incurrit. Alio mõ qñ nã adhibet debitã solicitudinẽ. Et iõ Sm iura. si aliqs det opaz rei licite debitã diligẽtiã adhibẽs z ex h homicidiũ seqt' nõ ĩcurrit homicidij reatũ. Si xo det opam rei illicite. vel etiã dãs opam rei licite ñ adhibẽs diligentiã debitã ñ euadit homicidij reatũ. si ex opere eius moz hoĩs sequat'. Qñ in quarto ca. gene. z in bistorijs legit'. q lamech credẽs interficere bestiã interfecit hoiem. s. chayn. z reputatũ ẽ ei ad homicidiũ. qz videlz lamech nõ adhibuit sufficientẽ diligẽtiã ad homicidiũ vitãdũ. z iõ reatũ homicidij nõ euasit. Nota. q sicut h dr ĩ bistorijs. Lamech Sm iosephũ res diuinas sciens sapient' vidẽs chayn cõi pene subiacẽ. sibi xo dberi maiorẽ penã. ꝓdixit h mulieribz suis sic. Qm̃ occidi vir ĩ vln⁹ meũ z adolescẽtẽ ĩ linorẽ meũ. septuplũ dabit' vltio d chayn. d lamech xo septuagiessepties. lamech vir sagittari⁹ diu viuẽdo caliginẽ oculoz ĩcurrit. q babẽs adolescẽtẽ ducẽ. dũ exerceret venatõz. p delectatione tm̃ z vsu pelliũ. qz nõ erat vsus carniũ añ diluuiũ. casu interfecit chayn in'frutecta. extimãs ferã. quẽ qz ad indiciũ inuenis ductoris sui dirigẽs sagittã in'fecit irat⁹ illi cũ arcu xberauit cũ vsqz ad mortẽ inclusiue. Occidit g chayn ĩ vulnere. adolescẽtẽ ductorẽ suũ in linore vulneris. Vel vtrũqz occiderat ĩ vuln⁹ z in linorẽ suũ. i. ĩ dãnatõz suã. Et iõ cũ pctm̃ chayn cẽt punitum septuplũ suũ punitũ est septuagesiessepties. i. septuagĩta septẽ aĩe q egresse sũt d lamech ĩ diluuio pierũt. Vel h numero maioritatẽ tm̃ pene notat. Hebre⁹ xo dicit Mulieres sue male sepe tractabãt cũ. Qñ ipe irat⁹ docebat eis se pati h ꝓ duplici homicidio. qd fecerat. tñ rebat eas subdẽdo penas qsi dicat. cur vultis me occidere. gui⁹ puniet' q me interficiet qz q chayn. Itẽ scias q dns dixit ad chayn. Maledict⁹ eris sup terrã. vagus z pfug⁹. merito iste maledicit' nõ adã. qz scies iste penã pme puaricatiõis fratricidiũ addidit. Timens ergo chayn ne vel bestie eũ venarẽt si egrederet' ab hominib. vel si manẽt cũ eis ꝓ pctõ suo occiderẽt eũ. dãnãs se z despans ait. Maior ẽ iniqtas mea qz vt veniã merear. i. qz id q veniã merear. qsi dicat. Maior ẽ iniqtas mea omi merito meo. vl' miscdia dei. qz ois q inuenerit me occidet me Ex timore h dixit. vl' optãdo h dixit qsi dicẽt. Utinã occidat me. Dixitqz ei dns. Neqqz sic et ita. nõ cito. s. morieris. b ois q occidit chayn ipe liberabit eũ a miseria z labore. Et tc addit' imposnalr. Septuplũ pniet'. i. punitio fiet d chayn. dũ viuet ĩ pena vsqz ad lamech septimũ. Cui ꝓsonat trãslatio septuagĩta interptũ. Dis q occidit chayn septẽ generatiões exoluet. qsi dicẽt. punitio fiet d te p septẽ generationes. Lamech em̃ q septim⁹ fuit ab adã. s. i septĩa generatione interfecit eũ. Tradũt qdã penã ei⁹ durasse vsqz ad septimã gnãtõez. qz septẽ pctã ꝓmisit. Nõ recte diuisit. fri inuidit. dolose egit. vocãs ĩ agrũ occidit. ꝓcacit negauit. despauit. nec dãnat⁹ pniam egit. vl' sic. Qui occiderit chayn septuplũ puniet'. i. plusqz ipe chayn. p phibitiõe homicidij q nõdũ facta fuerit ipe chayn. Itẽ scias q lamech ꝓmo induxit bigamiã.

Cata ꝓpositio greca ẽ. et qñqz tãtũ vz quãtũ trãs. vt catagrapho. i. transcribo. Qñqz quãtũ p. vt Cata antifrasim. i. per antifrasim Quandoqz tantũ quantũ sup̃a vel iuxta vt Cata matheũ. i. iuxta vel supza matheum. Et ponit' p breui etiam vt in catbalogus.

Catacarisia sic. i. ancilla super alias dolosa z fallax. et cõponit' a cata qd ẽ supza z carisia.

Cataclisin⁹ mi. mas. ge. i. diluuiuz. a cata qd est per et clima quasi diluuiũ per diuersa climata. i. mũdi partes dispsum. Eccli. xxxix. Et quoniã cataclismus aridam inebriauit.

Catacresis vl' catacrisis Sm quosdã est spẽs tropi. de q supza dixi in quarta pte in capl'o d tropo.

Catafronic⁹. i. ꝓtumax ꝓpẽptor supbus.

Catagrapho cathagraphas pnl'. coz. i. trãscribo. vide in graphos.

Cataleticus ca. cũ penul. coz. cui nihil supabundat. Qñ ille xpus dr cataleticus. ĩ quo nihil de metro super est. z cõponit' cũ a. vel yp. qd est sup. z dr a cataleticus ca. cũ. z ypcataletic⁹ ca cũ. Ille aũt xpus ẽ acataletic⁹. ad cuius pfectõz deest vna syllaba. idez dicit' z clauⁿ Ypcataleticus xo est ille xpus cui superabũdat vna syllaba.

Catalogus gi. i. enumeratio ordo series vel breuis interptatio seu descriptõ seu instor numer⁹. z dr a cata qd est breue z logos qd ẽ Sm vel rõ. qsi Sm multa breuiter ꝓpbẽdẽs. vt oẽs scti orate p nobis. Catalog⁹ etiam dicũtur duodecim libri veteris testamẽti. Hiero. in ꝓlogo thobie. Quẽ debrei de catbalogo diuinarũ scripturaz sectãtes.

Catamane. i. iuxta mane. s. diluculo. vel in ipo mane. z dr a cata quod est iuxta z mane. z ꝑdu. ma. sicut mane aduerbium. Qñ qdã. Quolibet a mane fieri dicas catamane.

Cataplasma. Plasma cõponit' cũ cata qd ẽ supp̃ z dr h cataplasma atis. inductio medicamen. qz supp̃ formã morbi inducit'. Itẽ dr h implastrũ emplastr. abeu. qd est in. z plastes qd ẽ forma.

Cataplectatio interptatur ꝓnicium. Qñ Sm vnam trãslationẽ dr obiurgatio. Eccl. xxj. Et pot dici cataplectatio. a cata qd est iuxta z pleto tis. qñ. s. tanta est rixa. q fere plectunt se. i. puniũt z verberant. Nostra lia dicit. Obiurgatio z iniurie annullabunt substantiam. Sed alia translatio habet cataplectatio. vt dicit glosa

Catapuera. docta puella.

Catapulta est vas vt dicunt. vl' potius sagitta cũ ferro bipenni. quã sagittam barbatã vocant.

Cataracta te. via subterranea qua aqua sub terrã discurrit Unde per translationem in celo dicuntur cataracte. nubes vel discursus z meatus pluuiarum vel tonitrua Sm bug. Pap. etiam dicit. Cataracte celi fenestre. id est nubes vel tonitrua. et coz. primam. Unde

in pantheon. Et catharactarū fundit ī orbe faron.
Cataſcopus. Scopin qđ eſt intendē vel ſpeculari cō
ponit cū cata qđ eſt p. 7 dr̄ ḃ cataſcopus pi. q 7 ſcapha
ſilr dr. qſi ſcopa a ſcopin. ſ. nauigiū. qđ ltine ſpeculato
riū dr̄. q: mittat cā indagādi 7 ſpeculādi. Ūñ ſepe ca-
taſcop⁹ dī explorator indagator circulator inueſtiga-
tor. 7 corripit ſco.
Catafta ſte. eſt pene genus eculeo ſimile vel lect⁹ fer-
reus.
Catatipoſis ponit ſub ſcemate a greciſmo. de q ſup ī
quarta pte dixi ī ca. de coloribꝫ rhetoricis.
Categoreuma atis. ge. neu. i. p̄dicatiū vl ſignificati
uum. 7 dr̄ a categoro ras. 7 pdu. re.
Categoria ne. dī a categoro ras 7 acuit pnl. 7 eſt cate
goria pdicamētū vel p̄dicatio vel ſignificatio. Ūñ 7 p̄
dicamenta ariſtotelis dicūt cathegorie. Categorie eti
am dicūt accuſatiōes.
Categoro ras. ṽbū actiuū. i. ſignare vl p̄dicare. 7 dr̄
ꝓpoſitū a cata 7 goze qđ ē dicere. Ūñ categorizo zas
in eodē ſenſu.
Cateia. Telū dr̄ lingua pſarꝫ. vel gallorꝫ. 7 vt dicunt
lācea vel haſta. Ūl vt q̄dā volūt. Cateia ligua pſarū ē
ſagitta barbulata ſiue haſta q̄ vtebat hercules. Erat
aūt cū ligul catenarꝫ. 7 qñ eū p̄ſciebat. itez cū catenu-
la retrahebat. Virgi. Soliti torq̄re cateias. Quidā li-
bri ī donato ī ca. d barbariſmo bnt catela. i. iaculū lōgū
qđ cū catbena p̄ſcit. Et dr̄ a catena 7 telō qđ ē longū
Si aūt dicat cateia pnl. cor. cū pducat fit barbarole-
xis ex ſubtractōe tp̄is.
Catella le. dimi. pua catena. vñ 7 catelle dicūt catenu
le 7 circuli colli inuicē ſe cōpbendentes in modū catene
Itē catella le. dimi. pua cata. 7 deſcēdit a catell⁹. Inue-
nit etiā catela le. p vnū l. i. iaculū longum. vt dixi in ca
teia ſupra immediate.
Catellus a catulus dī ḃ catell⁹ li. vñ ḃ catellulus li. di
mi. Matḃ. xv. Nā 7 catelli edūt d micis. 7 a catell⁹ ḃ ca
tella le. 7 a catellul⁹ ḃ catellula catellule.
Catena ne. dr̄ a cepio pis. q: capiēdo teneat vl q: ca-
piendo teneat pluribꝫ nodis. 7 ē ety. nō ꝓpoſitio ſicut 7
illud. Catena quaſi captinos tenens.
Cateno nas. i. catenis ligare a catena dr̄. 7 componit
cōcateno nas. Incateno nas. 7 ſūt actiua 7 carent aſpi
ratione 7 pducūt te.
Catenula le. dimi. pua catena.
Caterua ue. boīm mltitudo 7 deriuari videtur a cata
qđ eſt iuxta.
Cateruarius ria riū. qđ ē caterue. vl qđ ſpectat ad ca
teruā. Cateruan⁹ etiā dr̄ q ſp in caterua eſt. i. in multi-
tudine populi.
Cateruatim adu. i. multipliciter vel gregatim. vl per
cateruas vel de caterua ī caterua. 7 dr̄ a caterua.
Catecumin⁹ ni pnl. corr. interp̄tat inſtruct⁹ vel audi
ens. q: doctriaz fidi audiat. nec dū tñ baptiſmū p̄cepit
Et dr̄ a catezizo. zas. in cathesis eſt.
Cathedra dre. grecū ē. i. excelſa ſedes iudicis vl p̄ſidē
tis. 7 ꝓponit a cathos qđ ē ſedes 7 edra ſpōſa q̄ſi ſpon
data ſedes a q̄ ḃ 7 ḃ cathedral 7 ḃ le. Ūñ cathedral r.
cathedralitas tatis. Item a cathedra cathedrat⁹ ta tū.
cathedrate cathedratic⁹ ca cū. Cathedratice ſm hug.
Scōm aūt q̄ſdā cathedra ē doctoris. Ūñ in greciſmo.
Rex ſoliū. doctor cathedraz. indexq̄ tribunal. Poſſi-
det ac ſedē p̄ſul. p̄torq̄ curulē.
Catheriſtica ce. i. determinatiua. 7 corr. penul.
Cathesis vel catheteſis grece doctrina vl loc⁹ doctrīe
dr̄ trine. Ūñ catheteziso zas. vel cathezizo zas. i. cōfir
mare. inſtruē. edocē. imbuē. redarguē obiurgare r̄futa
re. Apls ad galathas. v. Cōmunicet aūt is q̄ cathezizat
ꝑbo ei q̄ cathezizat. i. inſtruit ī oīb bōis. q: vt dr̄ ī ꝓma
ad cor̄. Si ſpūalia vob ſeminauim⁹ ñ magnū ē ſi cāna
lia vr̄a metam⁹. 7 a cathezizo vl catheciſo deriuat ḃ ca
thecizeta te. 7 catbezizeta te. i. doctor inſtructor p̄ceptō.
7 ḃ cathecim⁹ mi. i. inſtructio doctrina. 7 maxīe in fide.
Cōz p̄t queri an catbeciſm⁹ dirimat mr̄imoniū p̄ctū.
Ad ḃ dico q p catbeciſmū baptiſmi 7 p̄firmatiōez epi
p̄bit cōp̄nitas. Differūt tñ ī ḃ. q: lz p baptiſmū 7 cō-
firmatōz p̄cta cōp̄nitas ipediat 7 dirimat mr̄imoniū.
Illa tñ q̄ p̄bit p baptiſmi catbeciſmū adeo ē exilis 7 in
ualida. q vix impediat mr̄imoniū p̄hendū. nūcz āt di-
rimit iā p̄ctū. Cū em̄ baptiſmus ſit ianua 7 fundamētū
oīm ſacroꝝ. pz q catbeciſm⁹ nō eſt ſacr̄m. p̄cedit nāq
baptiſmū. Itē an baptiſmū q̄s nō eſt filꝰ eccliē. q: ſi ſic
moreret ineternū piret q̄ ad penā dāni igit nec ſpūalis
filꝰ. Ergo p catbeciſmū. vl nulla vel q̄ſi nulla p̄cta ē cō
paternitas. Vide etiā in cōmater. 7 in frater.
Catheciſmus mi. in cbatbeſis exponitur ſupra imme-
diate.
Catbezizo zas. in catbeſis vide.
Catholicon interp̄tat vniuerſale vel cōe. Ūñ catho
licus ca. cū. i. vniūſal. vt fides catholica ſm hug. ſm ꝟo
Pap. Catholic⁹ rect⁹. Catholicon etiā dr̄ ille liber. ſic
dixi in principio p̄me p̄tis.
Catholicus in catholicon exponit.
Catilio a catulus dr̄ ḃ catilio onis. i. gluto regulator
q̄ q̄dā guloſitate ad modū catuli p domos diſcurrit.
Ūñ catilioſus ſa ſum. i. auidus guloſus. ſic catulus eſt
ad eſcā ſm Hug. Et ſm Pap. Catilo as aui. ṽbum
actiuū. i. deglutire vel ſanare. vt catulus.
Catillū li. dimi. i. parū catinū ſm bug.
Catinū ni. vas fictile. ſm bug. ſm ꝟo iſido. ety. xx. Ca
tinū eſt vas vinariū fictile. qđ meli⁹ ī neu. ge. dī q̄z ma-
ſculino. ſic 7 ſalinū dr̄ vas aptū ſali. Ūñ q̄daz. Qđ ca
piens vinū teneat vas dico catinū. Fictile vel luteū fa-
ciens frigere lieñ. Et ī aurora dr̄. Qui mecū veſcitur
ait tāḡēdo catinū. Et ſcias q lz quedā noīa inueniant
autoritate vetez q̄ñq̄z ī maſ. ge. q̄ñq̄z ī neutro genē. vt
ḃ p̄ctus ḃ p̄ctū. 7 ḃ catin⁹ ḃ catinū nō tñ dñt dici in-
certi ge. q: maſculinū taliū nominū iā ceſſanit. q: nō vti
mur niſi neu. ge. iſtorū noīm. Eſto tñ q vteremur his
noīb in vtroq̄z genere. nō tñ eſſent dicenda incerti ge
neris. q: varias terminatiōes bnt ſm diuerſa genera.
qđ ī noīb dubijs nō ꝓtingit. 7 ita de ſtadius 7 ſtadium
7 ꝓſilib dicas.
Cato. Acatus dr̄ ḃ cato catōis. q: aſtut⁹ fuit ad mo
duz illius aīalis. Ūñ catonicus a. um. Et ḃ 7 hec cato
niſta ſte. q vel q̄ ſeq̄t catonē 7 ſectā illius. Duo āt cato
nes dicūt fuiſſe ambo amatores ṽtutis. Maior cenſo-
rinus auūculus minor⁹ pḃor pitiſſim⁹. Minor nepos
ei⁹ rigidus dict⁹ ē 7 vticēſis q vtice ſe interfec̄. Vel ca
to dr̄ a catus a. um. ſm quoſdā.
Cattus ti. quoddam animal ingenioſū. ſ. murilegus.
qđ alij dicūt gadd⁹ p g. ß corrupte. vñ ḃ catta te. et dr̄
cattus a catus. q̄ſi caut⁹ p ſincopā. eo q ſit caut⁹ in mu
ribꝫ capiendis. 7 ſcribit cattus p aīali p geminū t. Ba
ruth. v. dr̄. Supra corpus eoꝝ 7 ſupra caput eorū vo-
lant noctue 7 birūdines 7 aues etiā ſilr 7 catte.
Catulaſter ſtri. dimi. puus catulus. vnde hec catula-
ſtra ſtre.
Catullus li. p geminū l. fuit q̄dā poeta veronēſis. d q̄
dicit Qui. Mantua virgilio gaudet verona catullo.
Peligne gentis gloria dicor ego. De hoc etiam facit
mētionē hiero. ī epiſtola ad paulinā ca. vij. 7. viij.
Catulus li. pnl. corr. ē dimi. d canis. Et ſūt catuli pro
pne filij canū. Abuſiue tñ filij q̄rūlibet beſtiarꝫ dicunt
catuli. 7 inde hec catula le.
Catus. cautus ſincopat 7 dr̄ catus a. um. i. cautus ſm
Hug. Pap. ꝟo dic. Catus denoiat ſiue denoiatiōez
aſſumit a cane. i. doct⁹ ſapiēs. auct⁹ ingenioſus. Inde ca
to onis.
Caucaſus mons ſythie ab india vſq̄ ad thanꝫ pone
ctus p gentiū varietate 7 linguarꝫ varie dictus. Nam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cū oriēte in excelsū ꝓsurgit caucasus dr̄ ꝑm q ipor̄ lin gua. ꝓ niue cādidū dr̄. ꝑm papi. 7 corr. pnſ. Vñ quidā Carbasus adbreuias et caucasus ē comes illi. Et scias q vt narrat albert⁹ ħ mōs ē maior oīb mōtib orientalib rēdētib ad aq̄lonē. Significatio sup magnitudinē mōtis h⁹ ē q illi q̄ hītāt ſb ipo loco inferiori vident radios solis ī mōte ille. i. i cacumine. donec trāseat t'cia ps noctis in sero ī occidēte. 7 ī mane añ tres horas ort⁹ dici videt itez ī oriēte ī ipo radios solis. Vñ ipius sol radij nō occultāt nisi ꝓ t'ciā ptē noctis ħ ē ꝓ q̄tuor horas eq̄les ꝑm q tota nox diuidit ī duodecim horas. aliud signū ei⁹ magnitudis ē magnitudo fundamenti ei⁹ Mā latissimū 7 multas terras occupās. bz fundamētū. 7 testes h⁹ sūt boies q̄ habitant sub eo 7 ꝓcedūt ab eo. q: ibi multar̄ nationū 7 multar̄ sūt linguarum. Et sub isto mōte caucaso oriunt flumina magna mltar̄ aquarū. vide in mons.

Cauda de. dr̄ a cado dis. q: vr̄ cadē. Vñ caudat⁹ ta. tū. q̄ bz caudā. 7 ē cauda extrema ps animalis.

Cauder. a cauda dr̄ ħ cauder cis. i. truncus. q: est q̄si cauda arboris. qđ et cadex dr̄. 7 tūc deriuat' a cado. q̄si casum dans.

Caudice nauicule dicte. q: q̄tuor vsq; ad decē capiant boies ꝑm papi. vide ī trabaria.

Caudix cis. fe. ge. radix. que inberet terre. et dicitur a cauder.

Cauea. a cauo uas dr̄ ħ cauea uee. loc⁹ cōcauus vbi aues vel alia aialia includūt'. Cauea etiā dr̄ theatr̄ vl sessio boīm ī circuitu ꝓsidētiū.

Caueo ues ui cautū. i. obseruare videre ꝓspicē vitare cā vitādi aliq̄d ad cautelā adhibē. vñ q̄dā. Caitat et obseruat cautelā datq; cauere. Caueo cōponit'. Precaueo es. añ vel ꝑ alīs cauē. Et ē actiuū caueo cū oīb⁹ suis cōpositis. 7 corr. ca. Vñ prudēti⁹ ꝺ sicomachia. Disce supeliū deponē disce cauē. Añ pedes foueā q̄squis sublime minaris. 7 debēt facē supinū catū sine u. Nam vt vult ꝓs. ī. ix. li. Caueo eo ī i. mutato fac̄ ꝓteritum caueo caui. 7 ni. in tū catū debēt eē. Bz fac̄ cautū. addita u. ad dr̄iam h⁹ noīs cat⁹ ta tū. sic̄ faueo ues fac̄ faui fautū. ad dr̄iam hui⁹ noīs fatū.

Caueola le. dimi. pua cauea. 7 corr. pnſ.

Cauerna ne. i. spelūca. 7 dr̄ a cauea. Et a cauerna dr̄. cauernat⁹ ta tū. 7 cauernosus sa sū. ī eodē sensu. s. ꝓforatus. ꝓfossus. ꝓcrobat⁹.

Cauernicula le. dimi. pua cauerna. 7 corr. pnſ.

Cauernula le. di. pua cauerna. 7 corr. pnſ.

Caulla le. A caueo es. dr̄ ħ caulla le. que de ligno inserit' foraminib⁹ ad modū clani. vñ caullo las. i. clauis infigere vel ꝓfirmare caullis. Inuenit' et caulla ꝓ rixa caullatiōe. ꝓtētiōe. Bz a caluo caluis tūc descendit.

Caullo. a caluo uas. dr̄ caullo las. qđ 7 caullor laris inuenit'. 7 ē dimi. 7 deberet dici calullo ꝓ subtrahit' l. 7 dr̄ caullo las. qđ ē aliquātulū decipe. Et ꝓpie ptinet istud verbū maxīe ad sophistas. q̄ r̄bū r̄r̄ scient' impugnant. 7 falsū scient' affirmāt. Itez caullare inuenit' ꝓ deridere vel ꝓtēnere. vel ꝓuiciose iocari. vel calūniari. argument' tergiuersari. caute ꝓscrutari.

Caula le. i. ouile. a greco aula ci greci vocāt aulas receptacula animaliū. 7 inde caula addita c. Caula etiaz dr̄ cācell⁹ añ iudicē. vbi sūt aduocati vel ingress⁹. Caule etiā dicūtur munimēta ouiū.

Caulis. a coalesco inchoatiuo r̄bo dr̄ ħ caulis lis. 7 ē caulis generalit' herbarū vel olerū medi⁹ frutex q̄ vulgo tirsus dr̄. q: a terra sursum ꝓscēdat. Et q̄ tractū est vt spāliter q̄ddā gen⁹ olerū caulis diceret'. q: tirsus ip sius ampli⁹ ceteris oleribꝫ coalescit. i. crescit. Inuenit' ħ caula le. ꝓ ouili. Vñ q̄dā. Dic caules olera dicūtur ouilia caule.

Cauma atis ge. neu. i. incendiū. 7 dicit' a camin⁹. 7 corripit pnſ. gti.

Cauo uas nauī. i. fodere. 7 ꝓponit' Cōcauo as. Decauo uas. i. valde deorsū cauare. vl extrabere. Excauo uas. Job. xiij. Lapides excauāt aque. Intercauo uas. int' aliq̄ cauare. Precauo uas. i. añ vel ꝑ alīs cauē. Recauo uas. i. iterū vel retro cauare vl extrabere. Succauo uas. i. subtus cauare. Cauo 7 ꝓposita ab eo oia sunt actia. 7 corr. ca. Vñ q̄dā. Et durū lapidez gutta cadē do cauat.

Seruitus.a seruus dī hec seruitus tutis. ⁊ est seruit⁹ cōditio seruiēdi. Seruiciū ꝓo ins vel actus seruientiū vel munus. Et ꝑm Isid.v.ety. Seruitus est malorum boīm postrema pena.q̄ liberis oñi supplicio grauior ē Nam vbi libertas parit vna ibi peunt oīa. Vñ quidā Non bñ ꝑ toto libertas vendit' auro. Hoc celeste bonum ꝑterit orbis opes. Et accipit' duob⁹ modis seruitus.scz ꝑ latria. ⁊ ꝑ dulia grece ꝑ ē qđ deo⁊ boīb⁹ cōpetit.⁊ cor.ui. Hic nota q̄ seruitus introducta est ex pctō. Nam vt di. Greg.i pastorali. Liq̄t q̄ oēs boīes natura equales genuit.ꝑ variante meritorū ordine alios alīs culpa postponit. Ipsa aūt diuersitas q̄ accessit ex vicio. diuino indicio dispensante.vt q̄ oīs hō equestare nō valet.alter regat' ab altero.vñ cūcti qui p̄sunt nō in se ꝓtētem debent ordinis.sed equalitatē pensare cōditionis.nec ꝑesse boīb⁹ se gaudeāt.sed ꝓdesse. Antiqui em̄ p̄es nostri nō reges boīm. ꝑ pastores pecorū fuisse memorāt'.sicut dicā in timor.vide etiā in rector.
Serula le.di.pua sera.
Seruo uas.uaui.uare.i.custodire.retinere. vel in custodia ponere.vel ꝑspicere.⁊ ꝓpo.cū con.⁊ dī ꝓseruo uas.i.sil' seruare. Itē cū ob⁊ dī obseruo uas.qđ in malo⁊ bono sumit'.vt in suo loco dī. Itē cū re.⁊ dī reseruo.i.retinere. Seruo⁊ eius cōposita sunt actiua.
Serum ri.in sera est.
Serus ra.rū.in sera exponit'.
Seruulus li.di.pnus seruus.
Seruus.a seruo uas.dī hic seruus ui.q̄ olim in bello capti cū iure possent occidi seruabant' ⁊ fiebāt serui.et iō seruus dī a seruādo ꝓpter antiquā ꝓsuetudinē. Licet etiā quidā dicant' mō serui q̄ sic seruati nō fuerūt. Seruus q̄ dī ex ꝓditōe seruitutis. Itē seru⁹ in bello captus⁊ seruatus. Famulus ex ꝓpria familia suorū ort⁹ Mancipiū ex bestiis q̄si mācipatū. vel q̄i manu captū Itē est seruus empticius q̄ ꝑcio emit'. Itez verna siue vernaculus in domo nutrit⁹.q̄ vernat.i.claret ī domo q̄ aūt dī seruus q̄si serēs vana. vel q̄i sernās vultū dñi sui. vel q̄si serens versucias ety.est. vñ hec serua ue.et seruus ua.uū.⁊ hic⁊ hec seruilis⁊ ꝑ le.penl'.ꝓdu.vñ ꝑ seruilitas⁊ seruiliter lius.lissime.aduer.⁊ hoc seruitiū. vñ seruicios⁹ sa.sum.i.seruitio pleuus. Seruus ꝓponit'. Conseruus.i.sil's seruus cū alio.
Sese dictio gemīata.cōpo ex se et se.⁊ liq̄scit s.scdm q̄ztū ad sonū.⁊ dz ꝓnūciari sicut deseuio.⁊ scias q̄ tria ꝓnoīa geminata cōpositionem bñt in actō⁊ ablatiuo tm̄.vt meme tete sese.sicut dixi in tercia ꝓte.vbi egi de cōpositōe integrorū ꝓnoīm.
Sessibilis.a sedeo des.dī hic⁊ ꝑ sessibilis⁊ ꝑ le.qđ est aptū ad sedendū.vel vt q̄s sedeat sup illud.⁊ ꝑ syncopam sessilis le.idē.⁊ cor.pnl'. Persi⁹. Exhalet vapida lesum pice sessilis obba.⁊ dī sessibilis.q̄ apta est sedere habet em̄ fundū amplū.⁊ latū⁊ ita melius sedet.
Sessillus la.lū.i.pnus statura.q̄ nō videt stare.ꝑ le dere.⁊ dī a sedeo des.

Sessis.ser cõponit cũ as assis.z dr hic sessis ser oboli. vel pcium ser obolorum.
Sessum est sup. de sedeo des.z debuit facere sesum p vnũ s.sicut dixi in sedeo des.
Seta.a sus dr hec seta te.qr a sue ꝓcedit in pte.vel a suo suis.qr valeat ad suendũ. Vñ setosus sa.sum .plenus z abundans seta.z cõpat. vñ hec setositas tatis.et cõponit seta.cũ in z dr inseto tas.
Setatio as.setaciaui are.i.farinã purgare.z dr a setarũ vel setaciũ.
Setaciũ tacy.in setarius est.
Setarius.a seta dr hic setarius ria.riũ.z ꝟ setariũ qd et setaciũ dr instrm purgandi farinã.
Seth.filꝰ fuit ade.z interptat resurrectõ.qr post fratris resurrectõz natꝰ sit qsi resurrectiõz fris suscitaret ex mortuis. Idẽ z positio.qr deꝰ eũ p abel posuit.a q̃ q̃dam heretici dicti sũt sethiniani.q̃ dicebãt eũ esse xpm
Sethin genus spinarũ ẽ in heremo .ex quib fit lignũ imputrescibile.fm hug.et vt dr in pap. Sethin ligna q̃nto freq̃ntius accẽdunt.tanto durioza efficiunt. In hystoriis aũt sup exo.dr. Sethin nomẽ mõtis ẽ.regionis z arboris.q̃ silis est albe spine in foliis.z leuissimum lignũ.incremabile z imputribile.z acuit in fine sethin.
Sethiniani.in seth exponit.
Setosus sa.sum.in seta vide.
Seuero ras.in seruerus est.
Seuerus.verus cõpo.cũ satis.z dr seuerꝰ ra.rũ.i.austerus.districtus.rigidus.vel purus. Et dr seuerus q̃i satis verus. Tenet xpo sine pietate iusticiã. Cõtra illud Eccl.vij. Noli esse iustus multũ vbi di.glo. Summũ ius sũma iuuria ẽ. Itẽ sup illud Isa.xxx. Hec ẽ via ãbulate in ea neq; ad dextrã neq; ad sinistram declinabitis dicit glo. In vtraq; pte quicq̃d sup modũ ẽ .in vicio est.q aũt dr seuerꝰ qsi seqns vera ety.est. Et ꝓpat seuerus rioz rissimꝰ. Et a seuerꝰ ꝟ seueritas.i.austeritas rigoz.vel integritas iudicij.vel vehemẽtia vltiõis.z seuero ras.qd nõ ẽ in vsu.ꝟ ꝓpo. Asseuero ras.i.affirmare asserere. Et pseuero ras.i.pdurare.z pdu.ue.
Seu est cõiunctio disiunctiua.i.vel.
Seui seuisti est pteritũ de sero ris.ibi vide.
Seuicies ciei.in seuus seui vide.
Seuio nis.seuiui.uire.i.insanire.furere.seuũ eẽ vl fieri. Et ꝓpo. Asseuio uis.i.valde vel ad aliq̃d seuire vel furere. Cõseuio uis.i.sil seuire. Deseuio uis.i.in diuersis modis seuire vel a seuicia cessare. Inseuio uis.i.valde seuire. Obseuio uis.i.cõtra seuire. Reseuio uis.i.iterum seuire.vel retro a seuicia cessare. Seuio z eius cõposita neutra sunt.z pducũt se. Vñ .psper. Impia cõfusio seuit discordia mundo.
Seuus.a seuio nis dr seuꝰ ua.uũ.i.crudelis. ꝟz seuus in ira. Crudel in sãguie. Et ꝓpat. vñ ꝟ seuicia cie.z ꝟ seuicies ciei.i.crudelitas. Seuꝰ ꝓpo.cũ q̃.z tam.z dr. Deseuꝰ ua.uũ.z tãseuꝰ ua.uũ.i.valde seuus. z pdu.se.
Sex.ab hex.subtracta h.z p ea posita s.dr apud latinos bi z be z ꝟ sex oĩs ge.z indecl. Vñ senus na.nũ.et senarius ria.riũ.z hec senaritas tatis.z hic senarius na rij.p illo numero.z pdu.se.senus.vt dixi in senex.
Seragesima.a seraginta dr seragesimꝰ ma.mũ.z ꝟ seragesima me.dñica post septuagesimã.z ichoat a dñica q̃ cantat. Exurge dñe.z terminat in q̃rta feria post paschã.s. Venite bñdicti pris mei.ꝓplectẽs octo hebdomadas.z q̃tuor dies.z hz seraginta dies. Instituta aũt ẽ seragesima ꝓpter redẽptionẽ quã melchiades papa z siluester statuerũt.vt bis in oĩ sabbato comederẽt.ne ꝓpter abstinentiã z afflictionẽ carnis quã sustinuerãt in serta feria.q̃ in oĩ tpe ieiunabãt natura debilitaret. In redẽptionẽ g̃ sabbatorũ illiꝰ tpis vnã septimanã quinq̃gesime addiderũt.z seragesimã vocauerũt Itẽ instituta ẽ etiã ꝓpter significationẽ. Signat nãq; tps viduitatis ecclie a spõso suo.vñ seragesima sonat series decem. Et p sex intelligũt sex opa misericordie. Per decẽ intelligit decalogus. In fine seragesime cãtat. Venite bñdicti pris mei zc.qr illi q̃ decẽ pceptis z sex opib misericordie se exercẽt.audiẽt ab ore dñi i futuro gnãli iudicio. Venite bñdicti pris mei filij.s.zc.
Seragesies adu.nũi.i.seragita vicib.z dr a seragita.
Seragita.a ser z gẽtos qd ẽ decẽ ꝓpo.seraginta. geois nũeri plal z indecl.i.series decẽ.vñ seragenꝰna.nũ et seragenariꝰ ria.riũ.z seragies adu.seragita vicib.
Serangulus.a ser z angulus la.lũ.i.sex angulos hns. Vñ serangulatus ta.tũ.z substantiue dr hic ser angulus li.p tali figura.
Serennis.a ser z ãnus ꝓpo.hic z ꝟ serennis et ꝟ ne.i. ser annorũ.vñ ꝟ serennũ serennij spaciũ ser annorũ.
Series aduer.nũeri.i.ser vicib.z dr a ser.vñ in.üj.regũ.c.xiij. Si ꝓcussisses q̃nquies.aut series.aut septies.
Serquialter in serqui vide.
Serqui.i.totũ. Vñ p cõpositionẽ hic serq̃pes dis.i. totus pes.s.mẽsura vnius pedis. Vñ hic z ꝟ serquipedalis z ꝟ le.pnl.pdu.i.q̃ cõtinet mẽsurã totius vnius pedis. Horaz. Proiecit ampullas z serquipedalia verba.i.totũ pedẽ obtinentia. Vñ hec serquipedalitas tatis. Itẽ serqui cõpo.cũ alter.z fit serqualter ra.rum.i. cõtinẽs totũ z totius medietatẽ. Vñ ternarius est serqualter binarij.vel ad binariũ.qr cõtinet ipsum totuz z eius ptẽ.siue medietatẽ scz vnũ. Et cõpo.subserqui alter ra.rũ.qui ab alio continet totus z eius altera ps. Vñ binarius est subserqualter ternarij ad ternarium Itẽ serqui cõponit. Serquitercius cia.cium.z serqui octauus ua.uũ.i.cõtinens aliud totũ.z eius terciã ptẽ. vt q̃ternarius ternariũ.vel cõtinens aliud totũ z eius octauã ptem.vt nouenarius continet octonariũ. Et p cõpositionẽ subserquitercius cia ciũ.z subserquioctauus ua.uũ.i.qui ita ptinet ab alio.z sil põt dici etiã p cõpositionẽ serquiq̃rtus ta.tũ.z serquiquintus ta.tũ. et serquisextus ta.tũ.z sic in silib.
Serquipes pedis.in serqui exponit.
Sertarius.a sextus dr sertarius rij.z dr sertarius a sexta pte.est xpo sexta ps congij.sertarius duarũ libraꝝ est.qui bis assumptus dr bilibris.assumptus quater fit greco noie cerix.quiquies cõplicatus quinarẽ siue gomoz facit adjce sextũ.reddit congiũ. Nam cõgius sex metit sextarios.z hinc sextarij nomen tractũ est.z ꝓstruitur cũ gtõ.vt sextarius vini. Et nota q sertarius. siue dicat mensuratũ siue mensura.siue quantitas illi mensure adiacens.siue aliquid aliud semp est mas.ge. et nõ neu.
Sertercũ cij .quoddã põdus duarũ librarũ et semis q̃si semistercij. Vñ sterciarius ria.riũ.qui erogat ser tercij.vel ad sertercij ptinens.
Sertilis pnl.pdu.cum sextus noie dicat.vide in quintilis.
Sertupes.pes cõpo.cũ ser.z dr hic sertupes pedis.i. pediculus.qr ser habeat pedes. Vñ sertupedosus sa. sum.i.sertupedib plenus.
Sertuplus. serqui qd est totũ cõponit cum plica. et dicit sertuplus pla.plum.quasi serquiplus.i.continẽs totum.z plicam totius.i.medietatem. Vnde hec sertupla ple.i.totum z dimidium.s.summa capitalis et dimidium.

Siban dr tercius mensis a martio.s.maius. z acuitur in fine.
Sibylla.bole qd est snia cõpo.cũ sias qd ẽ lingua eolica dr deus.et dr ꝟ sibylla q̃si sios bole.vel bele qd est mẽs.i.diuina snia.vel dei mẽs.z ẽ nomen appellatiuũ sibylla q̃si ꝓphetissa.z fuerunt decẽ sibylle. Quelibet tñ ꝓphetissa põt dici sibylla.qr dei sniam vl mentẽ hoib

interpretat. Ille tñ dicte sunt sibylle qsi antonomasice. vñ sibyllinus na.nũ.pnl'.pdu.

Sibilo las.sibilaui.are.serpentũ est ꝓprie hoĩes tñ sibilãt. vñ hic sibilus li.ß in pl'ali ß sibila lorũ. z sibilus la lũ.i.sibilãs. z potius cã metri esse vsurpatũ vr̃ a poetis q̃ sit vox significatiua.sicut pluui⁹ uia.uiũ.ꝑ pluuialis. Sibilo cõpo. Consibilo las.i.sil' sibilare. Desibilo las.i.a sibilo cessare. Exibilo las.i.extra sibilũ ꝓjcere. Insibilo las.i.intro vel valde sibilare.vel sibilũ interpellere. Obsibilo las.i.vndiq; vel cõtra sibilare vel desinere. Resibilo las.i.iterũ sibilare vel desinere. Subsibilo las.i.post vel parũ vel latẽter sibilare. ¶ Et nota q̃ sibilo ponit' qñq; p deridere.q: sibilare solem⁹ post eũ quẽ deridemus. Vñ hora.in sermonib'. Populus me sibilat.i.deridet. Sibilo las est neutrũ cuz oĩb' suis cõpositis.z cor.bi.vide in regulus.

Sica ce.fe.gen.derivat' a seco cas. z dr̃ sica q̃si seca.s. gladius'brevis.q̃ maxie vtũt' q̃ apud italos latrocinia exercẽt. Et vt dr̃ telũ est in baculo abscõditũ. Vñ hic sicarius rij.q̃ sicã defert.vel homicidã z ꝑdu.ꝑmã. vñ Hora.in sermonib'. q̃ mechus foret aut sicarius aut alioquin. Act̃.xxj. Eduxisti in desertuz q̃tuor milia virorũ sicariorũ.z scribit' ꝑ vnũ c. Pap̃.sic dr̃. Sicarius dictus.q: ad ꝓpetrandũ scelus sit telis armatus.

Sicarius in sica est.

Sicania in sicilia est.

Siccine.i.sic ne.z ẽ ci.syllabica adiectio z nõ inclinat ß ne.ꝑiũctio encletica accẽtũ ꝑcedẽtis syllabe ad se.i. iuxta se. Vñ ꝓncipalis accẽtus est sup ꝓma syllaba et media g̃nat'.sicut,beccine.q: accẽtus ꝓncipalis nõ põt poni sup syllabica adiectiõe. vide in beccine. Jn.j. Regum.c.xv.dr̃. Siccine sepat amara mors. Et in aurora dr̃. Siccine rex pharao paschali vincit' agno.posset tñ in siccine.ibi,cine esse syllabica adiectio et legi debere remissiue siccine.i.sic sepat amara mors.

Sicco cas.a sucus dr̃ ꝑ antifrasiz siccus ca.cũ.q: sine succo.z ꝓpat' siccus cior.cissim⁹. vñ sicce cius sime adũ. et hec siccitas tatis.z ß siccitudo. Et hec sicco cas.i.sic cum facere qđ ꝓponit' cũ de.z dr̃ desicco cas. Jtẽ cũ ex et dr̃ exicco cas. Jtẽ cũ re. Et dr̃ resicco cas.z est actiuum sicco cũ oĩb' suis ꝓpositis.z scribit' ꝑ duo c.

Sicera re.fe.ge.ꝑ vnũ c.pnl'.cor.hebreũ ẽ.z dr̃ a suco q: ex suco frumẽti vel pomorũ ꝓficit'.coctisq; frugib' aqua pinguis q̃si sucus colat'. Et dr̃ sicera oĩs potio. oĩs liq̃ris cõfectio.oĩs liq̃r qui inebriare põt ꝑter vinũ magis ꝓprie tñ liquor q̃ ex dactylis fit ad bibendũ suauis. Jn.j.c. Luce dr̃.vinũ z sicerã nõ bibet.

Sicilia.Siculus rex fuit sicilie.vñ illa ẽra dicta ẽ sicilia sicut eadẽ dicta ẽ sicana.a sicana rege. et a sicilia dr̃ sicul⁹ la.lũ.pnl'.cor.Hora. Jnuidia siculi nõ inuenere tyranni. Formẽtũ mai⁹ ꝛc.z hic z ß siciliẽsis z ß se.z ß silides de.vñ ß sicilis dis.i.sicilienſis.z declinat' patronoice.Virg. Sicilides muse.paulo maiora canamus.

Sicilides in sicilia vide.

Sicima me.dicta ẽ sicben.ß nũc neapolis dr̃.z cor.ci. vñ in aurora. Post esau pacẽ iacob sicimis manet exit.

Sicbe dr̃ aia. Jtẽ sicbe dr̃.ꝑfundũ.vñ ennosigeus q̃i ennocheus.vel ꝓponit' a sigeus. Jnuenit' etiã sicbel ꝑ quodã pondere.vide in siclus.

Sicben filius fuit emor q̃ quãdã vrbẽ edificauit quã suo noĩe apellauit sicben ß grece.latie dr̃ sicima.me.z est ciuitas samarie.ipsa est nunc neapolis ciuitas samaritanorum.

Sychofanta te.i.falsus calũniator.vel viliũ rerũ appetitor. Ferit' tñ sychofanta apud grecos dici ficus comedens.a sychos qđ ẽ ficus.z fagin qđ ẽ comedere.ß hac rõne dr̃ sic falsus calũniator. Quidã dño apud grecos misse sunt ficus q̃s latẽter quidã suus famulus ꝓmedit et cepit calũniari aliũ.z accusare q̃ ipse eas comedisset Tũc dñs ꝑcepit aquã calidã bibi ab eo q̃ comederat ficus q̃ habita statiz,euomuit ficus.vñ postea semꝑ dictus est sychofanta.i.ficus comedens.z q: falsc fuit calumniatus sociũ comedisse eas.iõ inde inoleuit cosuetudo vt falsus calũniator diceret' sychofanta.

Sichomachia.a siche qđ ẽ aĩa.z machia pugna.ꝓpo. ß sichomachia hic.i.pugnaĩe.vñ q̃dã liber dr̃ prudẽti⁹ de sichomachia.i.de pugna aĩe.z acuit pnl'.sichos.

Sychos grece ficus latine.

Siclus.Sichel q̃ latino sermõe siclus corrupte appellat'.hebreũ nomẽ ẽ.habẽs apud eos vncie põdus. apđ latinos aũt z grecos q̃rta ps vncie.z stateris medietas et dragmas appendẽs duas.vñ cũ in lr̃is diuinis legit' siclus vncia ẽ. Cũ ꝓo apđ gẽtiles.tũc q̃rta ps vncie ẽ.

Sycomorus.morus ꝓpo.cũ q̃dam greco.z dr̃ ß sycomorus ri.q: sit foliis silis moro in alijs ficui.vñ z dr̃ ficus fatua.hãc arborẽ latini celsam appellãt.ab altitudine.q: nõ est' brevis vt morus.vñ ß sycomorũ ri.z ß celsum ꝑ fructu illius.z ꝑdu.mo.vñ quidã. Cum ꝓcauo morus.moriq; soror sycomorus. Et scias q̃ gtũs pl'alis facit sycomororũ. Format' em̃ ab ablatiuo singulari sycomoro addita rũ. Jnuenit' aũt aliq̃n ꝑ syncopã sycomorũ ꝑ sycomororũ.sicut virũ ꝑ virorũ.deũ ꝑ deorũ in li. Paralip̃.c.ix. Tantãq; copiã põbuit argenti in hierusalẽ.q̃si lapidũ z cedrorũ tantã multitudinẽ velut sycomorũ q̃ gignunt' in campestrib'. Sycomorus dicit ꝑ sycomororum.

Sicubi in vbi vide.

Siculus in sicilia exponit'.

Sidero ras.a sidus dr̃ sidero ras.qđ non est in vsu.ß componit'. Considero ras.i.ꝑspicere.z ꝓprie celestia. Desidero ras.id est,cupere. et proprie celestia. Et est actiuũ sidero cum suis cõpositis.z cor.de.vide in sidus

Sido dis.in sedeo des exponit'.

Sidon fuit filius ꝑmogenitus canaan.a quo dicti sũt sidones.et binc ciuitas eorũ in fenicia sidon dicta est. Vñ hic z hec sidon sidonis patrium. Et sidonia nie. ꝓuincia adiacens. Vñ sidonius nia.nium. Sidonij interꝑtant' venũdãtes.vel lingua fenicũ piscis dr̃ sidon. Vñ a copia piscũ sidon predicta ciuitas est dicta. Et interꝑtat' venator vel venatrix. Geñ.xlix. Pertingẽs vsq; ad sidonem.z ꝑdu.do.

Sidonij in sidon vide.

Sidrach vide in anania.

Sidus. A sedeo vel a sido .dr̃ hoc sidus deris.i.stella vel collectio stellarũ in aliquo signo a sil' sedẽdo. Vñ sidereus rea.reũ.res sideris.vel ꝑtinẽs ad sidus. Et vt dicit prisc.in.vj.li. A sidus deris.dr̃ sidero ras.vñ cõpositum.cõsidero ras.z desidero ras.vide in astrum.

Sifon.a sibilo las.dr̃ hic sifon fonis.i.tuba. vl' poti⁹ concha siue vas.in quo mingebãt.in quo cũ vrina cadit facit sibilatum.z ideo ponit' ꝑ sibilatu vrine vel ꝑ bombo. Juuenalis. Effigiemq; dee longis sifonib' implent.vel põt hoc teneri in ꝓprio sensu. Nam hmõi vasi suppendebãt mulieres ad simulacrũ pudicicie faciẽtes queq; turpia in templo eius. Sifon etiã dicit' vas quo vtuntur in oriente ad extinguẽdum ignem.et tũc cõponit' a sufflo et fundo.q: aquas sufflando fundat.

Sigaliceus.in sigalum vide.

Sigalinus na.nũ.in sigalũ est.

Sigalonius nia.niũ.in sigalũ est.

Sigalum.a sige dicit' hoc sigalum li.penul.corr. quedam annona vnde fit pessimus panis. ꝑ quo quidam minus intelligentes solent ꝓferre siliginem.et dicitur a sige qđ est silentiũ vel silere.quia videt' silere z tacere inter alias. ꝓpter sui vilitatẽ.vel põt dici a siligo. Et inde sigalinus na.num.penul. ꝑducta. Et sigilaceus cea.ceum.z sigaleus lea.leum. et sigolonius nia.niam. Vnde terra que tali annona abundat dicta est sigalonia nie.

Sige dr̃ silentiũ vel silere. Vñ hoc sigeũ gei.ꝑmõto-

nū iuxta troiā. vñ sigeus gea.geū. qđ qñq; tantū valet quātū troian⁹ na.nū.
Sigena ne. genus piscis.
Sigillatim.i.explse.a sigillū dī.7 ꝑdu.la.
Sigillū.a signū dicit ꝫ sigillū li.di.signū anuli.7 illud qđ fit in cera ſ signū ē sigillū. vñ sigillo las.i.sigillū facere.vel sigillo designare.firmare.claudere. Et ꝫ sigillatura ture.silr dicit sigillū instrumētū. Sigillo cōponit Cōsigillo las. Dissigillo las.i.diuersis modis sigillare.vel sigillū remouere. Desigillo las.i.valde sigillare vl sigillū remouere. Insigillo las.i.valde vl intus sigillare. Resigillo las.i.retro sigillū auferre.apire. vel iterū sigillare. Et est actiuū sigillo cū omib⁹ suis cō positis. Hic possunt moueri quedā q̄stiones ptinētes ad theologiā.circa sigillū ꝓfessionis 7 ꝑmo queraſ An interpres vl laicus audiēs ꝓfessionē in tpe necessitatis vl mortis teneaſ celare peccata q̄ audit. Ad hoc dico ꝙ sigillū ꝓfessionis cōpetit sacerdoti inquātū est minister hui⁹ sacramēti.qđ nihil aliud ē q̄ debitū confessionē celādi.sicut clauis est potestas absoluēdi. Tñ sicut aliquis qui nō est sacerdos ī aliquo casu ptīcipat aliquid de actu clauis dū ꝓfessionē audit ꝓpter necessitatē. Ita etiā ꝑticipat de actu sigilli ꝓfessionis.7 teneſ celare.q̄uis ꝓprie sigillū cōfessionis nō habeat. Itē cō sueuit queri. An sacerdos de licētia ꝓfitentis 7 penitētis peccatū quod sub sigillo ꝓfessionis habet possit alteri ꝑdere. Ad hoc dico ꝙ duo sunt ꝓpter q̄ sacerdos teneſ peccatū occulture. Primo 7 p̄ncipaliter.qz ipa occultatio est de essentia sacramēti.inquātuz scit illud vt deus cui⁹ vicē gerit ad confessionē audiendā. Alio modo ꝓpter scandalū vitandū. Potest aūt penitēs facere vt illud qđ sciebat sacerdos vt deus. sciat etiā vt homo.qđ facit dū eum licentiat ad dicendū. et ideo si tūc sacerdos dicat. sigillū ꝓfessionis nō frangit. Debet tamē vitare scandalū dicendo ne fractor p̄dicti sigilli reputeſ. Prelatus tñ nō potest licētiare sacerdotē vt dicat hoc.qz nō pōt facere vt sciat vt homo qđ pt ille qui cōfiteſ. Animaduerte tū ꝙ sacerdotib⁹ iminet pbatio si accusanſ ꝙ de licētia ꝓfitentiz reuelauerūt. Itē pōt queri. Utrū illud qđ sacerdos scit p ꝓfessionem et alio mō possit reuelare. Ad hoc dimissis multoꝝ opinionib⁹ pōt dici ꝙ sicut vult fraſ thomas. verior opinio est. ꝙ illud qđ sacerdos sciat alis siue ante ꝓfessionē siue post ꝓfessionē nō teneſ celare q̄tū ad id quod sciat vt hō. Pōt em̄ dicere scio illud qz vidi beri. teneſ tū celare inquātū scit vt de⁹.nō em̄ pōt dicē ego audiui hoc in ꝓfessiōe.tū ꝓpter scādalū vitandū dz abstinē ne de ꝫ loquaſ nisi necessitas imineat.
Signāter aduer.i.euidēter.apte.a signo nas.dī.
Signifer ra.rū.penl.coz.i.ferēs signū. A signū et fero fers componit.
Significantia.in significo vide.
Significo cas.caui.care.i. facere signū. manifestare. notificare.7 exprimere. Cñ hec significātia tie.i.exp̄ssio.significatio.7 designatio suppositi exp̄ssa.7 significāter aduerbiū.i.exp̄sse apte.vñ significātius.i.exp̄ssi⁹ 7 forte inueniſ significās tior.sim⁹.i.exp̄ssus sior.sim⁹. 7 hinc significāter tius.sime.aduer. Et ꝫ significantia tie. Signifīco ꝓponit. Cōsignifico.i. p̄ter p̄ncipalem significationē secūdario aliq̄d dare intelligi.quō verbū ꝓsignificat tp̄us. Itez ꝓsignificare.i.sil significare idē. Itē ꝓsignificare.i.ex adiūcto 7 nō p significatiōez ꝓtrabere q̄si cū alio nō p se significare quēadmodum ꝓiunctio 7 aduerbiū 7 ꝓpositio ꝓsignificāt.et coz.fi.et cōponi videſ a signū 7 facio cis.
Signo.a signū qđ est nota. ostentū vexillū.dī signo nas.gnaui.gnare.i.signuz facere. vel signo designare. exprimē.ondere vñ signanſ aduerbiū. Signo ꝓponit assigno nas.i.aliq̄d alicui assignare qđ dz facē vel hāe. Cōsigno nas.i.sil signare. Designo nas.i.valde signare.distīguere vel signū frāgere 7 remouere.apire.7 est tractū ab illo q̄ signū 7 sigillum frāgit. 7 ita apit ſras 7 manifestat.7 iō designare dī apire.manifestare. Vñ horati⁹. Quid nō ebrietas designat apta recludit. Presigno nas. Resigno nas.i.iterum signare vel signū auferre.7 apire.vel retro signare.reddere.restituere.7 est actiuū signo cū omib⁹ suis ꝓpositis.
Signū ni.nota.ostentū.vexillū.
Silen.in silua exponit.
Silēsis exponit in.iij.pte ī ca.de allotheca.
Silenos.in selenos exponit.
Silentiū tij.in sileo exponit.
Silētiari⁹.a silētiū dī hic silētiari⁹ rij.q̄ in palatio vel alibi silētiū indicit.7 ē nomē dignitatis.
Sileo les.lui.lere.i.tacere. ꝫ silere refert ad vocē inarticulatā vel mutā.tacere ꝓpo ad articulatā.7 inde ꝫ silētiū cij.7 vt dicunt silentiū nihil est. ꝫ vbi vox nulla ē dī esse silentiū.similit tenebre nihil sunt. ꝫ vbi lux nō est. tenebre esse dicunt. Itez a sileo dī silesco scis.inchoa. Sileo ꝓponit. Dissileo les.i.diuersis modis silere.vel loqui. Resileo les. Subsileo les. Cōsileo les. Itē ꝓponit. ꝓsulo cōsulis. Sileo 7 eius ꝓposita neutra sunt p̄ter cōsulo ꝙ interrogare.qđ est actiuū 7 caret supinis cōsulo. Et cor.hanc syllabā si.quā cōsulo mutat in si. Ūñ ouid. de remedijs. Qui silet est firm⁹.q̄ dicit multa puelle. vide etiā in taceo ces.
Silex.a salio lis.dicit silex cis.incerti generis.qz ab eo saliat ignis.7 est silex lapis dur⁹.q̄ focari⁹ dicit.7 coz. si.vñ ꝛgi.in.vij. eneid. Stabat acuta silex.p̄cisis vndiq; saxis. Itē coz.penl.gemitui.et hinc silicin⁹ na.nū. penl.ꝑducta.i.petrosus.7 siliceus cea.ceū.i.res silicis. vel de silice existēs.
Silicern⁹.silex ꝓponit cū cerno.7 dicit ꝫ silicern⁹ ni. qđ 7 hic silicerni⁹ dicit.i.morib⁹dus.i.similis mortuo q̄si silices cernēs.i.sepulcrū. Vel dī silicern⁹ senex.vetus incuru⁹ ꝓpter senectutē.vicin⁹ morti.qz cōsiderat 7 cernit silicē sepulcri. vl qz ꝓpter curuitatē cernat terrā 7 silices. Itē silicernus ponit q̄nq; ꝑ firmo.7 duro vt silex.vt ī pbisiologo. Benuo si peccas silicern⁹ extas
Silicinus.in silex est.
Silice⁹ cea.ceū.de silice a silex dī.
Siligine⁹ nea.neū.in siligo est.
Siligo.a seligo gis.dī hec siligo ginis.qđā gen⁹ tritici.qz sit selectū ab alio. Nā in pane ei⁹ spēs ē ꝑcipua. Ūñ q̄nq; tenuissim⁹ 7 purissimus flos farine dī siligo vñ fit nobilissim⁹ panis.7 ꝑdu.li.vñ Iuuenalis. Sed tener et niue⁹ molliq; siligine fact⁹. Ūñ siligine⁹ nea. neū.ad siliginē ptinens.vl de siligine fact⁹.
Siliqua.Xilon grece.latine dī lignū.7 ꝓponit cū licō qđ est dulce.7 dz silicon.vel siliqua silique vt latini dicūt corrupte.q̄si xilicon.quedā arboz sic dicta. qz eius ligni fruct⁹ sit dulcis. vñ hec siliqua dī fruct⁹ eius qui colligit ad opus porcoꝝ. et siliqua ē vicesima q̄rta ps solidi ab arboze cui⁹ semē est nomē tenēs. Siliqua etiā est quoddā gen⁹ leguminis.qđ porci in affrica comedūt. Et siliqua etiā est folliculus cuiuslibet leguminis 7 purgamēti.7 coz.li.7 si.vñ in.xv.ca.luce legit. Et cupiebat implere ventrē de siliq̄s. q̄s porci manducabāt. vbi dicit Amb. Siliqua genus est leguminis sonoris foliis 7 vacuis.qđ magis ventrē onerat q̄ reficiat. vñ etiā recte signat scientias seculares vel carmina poetaꝝ suauitate sterili resonātia inflātes magis q̄ reficientes. Itē hiero.ī originali.di. Possum⁹ aliꝫ qđ siliq̄s intꝑtari. Demonū cib⁹ ē.carmia poetaꝝ.secl'aꝝ scia hereticoꝝ.pōpa ꝛboꝝ.he oēs sua suauitate delectāt et dū aures ꝛsib⁹ dulci moderatiōe currētib⁹ capiūt.aīm q̄ penetrāt.7 pectoꝝ int'na teneūt. vex vbi cū sūmo studio fuerīt ac labore plecta nihil aliō nisi inanē sonū 7 fmonū strepitū suis lectoribꝫ tribuūt. nll'a ibi satietas veritatis.nulla iusticie refectio repit'. studiosi coꝝ ī fa-

me virtutū ꝓseuerāt. vide ī pbus. 7 ī noctua.

Syllaba. syllabin grece. latine dicit ꝯpbendere. vnd bec syllaba be. ꝯpbensio literaꝝ. 7 binc syllabic⁹ ca. cū. vñ syllabico cas. i. facere syllabas. vel ꝯiūgere lr̄as. Itē a syllaba dicit syllabo bas. i. syllabicare. Vñ syllabati id est syllabicatim aduer. Syllaba cōponit cū monos qd est vnū. 7 dī monosyllabꝫ ba. bū. i. vni⁹ syllabe. Itē cū dis. bis. tris. 7 dī. Bissyllabꝫ ba. bū. 7 bissyllabus ba. bū. i. duaꝝ syllabaꝝ. Trissyllabꝫ ba. bū. i. triū syllabarū 7 scribit ꝓ geminū s. Item a syllaba cōponit tetrasyllabus ba. bū. i. quatuor syllabaꝝ. Pētasyllabꝫ ba. bum. id est q̄nq; syllabaꝝ. Hexasyllabꝫ ba. bū. i. sex syllabarū. Heptasyllabꝫ ba. bū. i. septē syllabaꝝ. Decasyllabꝫ ba. bū. i. decē syllabaꝝ. Polisyllabꝫ ba. bū. i. pluriū syllabaꝝ. 7 binc monasyllabicus ca. cū. ꝛc. 7 binc aduerbiū monasyllabice. 7 sic de alys p̄dictis. p̄dictum est etiā in prima pte de syllaba.

Syllabico cas. ī syllaba ē. 7 cor. bi. de syllabica adiectione dictū ē in tercia pte. vbi legi de figura ꝯpo. nois.

Syllogism⁹. a syn qd est con. 7 logos sermo cōponit hic syllogism⁹ mi. q̄si collectio 7 ꝯiūctio sermonū. Vñ syllogistic⁹ ca. cū. 7 syllogizo zas. i. ꝯcludere. 7 ꝓprie syllogizando. vel syllogismos facere. Fm bug. 7 scribit cōmunit ꝑ duo l. et sic mutat n. in l. in syllogism⁹. Aliqñ aūt subtrahit vnū l. vt ꝑma sit breuis sicut in omitto patet. Et scias q syllogism⁹ est oīo in qua quibusdaꝫ positis necesse est aliud accidere ꝑ ea q̄ posita sunt. vt Oīe aīal est substantia oīs homo est aīal. ergo oīs hō est substātia. 7 hoc totū est oīo quedā in qua quibusdā positis. i. premissis duabꝫ ꝓpositionibꝫ necesse est ꝑ ea aliud sequi. i. ꝯclusionē. Omnis ergo syllogism⁹ ꝯstat ex tribꝫ termis 7 duabꝫ ꝓpositiōibꝫ. quaꝝ ꝑma vocat maior. secūda ꝛo minor.

Siloa. vel siloe fons est ad radicē montis syon. q̄ non ingibꝫ aquis sed incertis horis ebullit. 7 ꝑ terrā ꝯcauā et antra saxi durissimi cum magno venit sonitu. vide etiā in ꝓbatica.

Silua. a xilon quod est lignū. dicit hec silua ue. quasi xilua. q; ibi ligna cedant. Vel dicit a silen qd est vastitas. vel silentiū. Vnde silua vbi sunt loca vasta 7 deserta. 7 silētio plena. vl silua est spissum nemus 7 breue Silua etiā interdū dī 7 fructuose arbores 7 infructuose. vñ silnosus sa. sum. i. siluis plen⁹.

Siluestris. a silua dicit hic 7 b̄ siluestris. 7 b̄ stre. vl b̄ siluester hec siluestriq 7 hoc stre. i. res siluestris vl ad sil nā ꝑtinēs. De hoc etiā vide ī campestre.

Silui⁹ nij. filius fuit enee. Et dicit a silua quia natus fuit in siluis.

Silurus. a sileo les. dī hic silurus ri. paru⁹ 7 minutus piscis. Iuuenalis. Fracta de merce siluros.

Silunla le. dimi. pārua silua.

Syma interp̄tat curuū vnde 7 hec figura c. vocatur apud grecos syma. q̄si symū. 7 repsentat apud nos hoc elementū s. Et binc symus ma. mū. i. curu⁹ 7 ꝓprie sym⁹ est qui nasum habet recuruū sursum. vñ hec symia mie q; nasum sic habet recuruū. Vnde symi⁹ mia. miū. i. ad symiā ꝑtinēs. vel similis symie.

Symachus. a syn qd est cō. 7 machia pugna cōponit hic symachus chi. penl. cor. i. cōpugnans. vnde hec symachia chie. i. ꝓpugnatio.

Symbolū est collectio sermonū. vt in cōsilio. vl pecuniarū. Vñ in ꝓuerbio. xxiij. Dantes symbola ꝓsumēt Et cōponit a syn. i. con. 7 bolus. i. morsellus. q; quilibꝫ ponit ibi mōrsellū suū id est particulā. Dap. ꝛo dicit. Symbola ꝓprie dicunt. qn a diuersis preciū conficit in vnū vt 7 cōuiuiū inde paret. Hic nota q fm theologū nomē symboli similitudinē 7 collectōnē importat vñ a q̄tuor collectiōibꝫ nomē symboli imponit. Prīo a collectiōe multoꝝ hominū ī vnā f. dē. Secūdo a collectiōe p̄dicantiū fidē. q; oēs apli collecti banc regulā fidei ediderūt. ita q vnusq̄sq; qd suum erat apposuit. Vñ vt tactū est symbolū dicit a syn 7 bolus. q; quilibet posuit ibi bolū suū. i. ꝑticulā. Tercio q; ex diuersis locis sacre scripture colliguntur. ea q̄ credēda sunt. vt in ꝓmptu habeant. Quarto q; oia bñficia nobis diuinitus collata ibi colliguntur. Vñ dionysius. iij. ca. celest. hierar. dī. q religionis symbolū ꝯgruēti⁹ pōt appellari gerarchita eucharistia q̄si bona gr̄a. Et sic̄ dicat videt q articuli fidei nō debuerūt colligi in symbolo. siue credo in vnū deū. q; tota fides sufficiēter per totā sacrā scripturā instruit 7 sic superfluū fuit symbolos vel symbola condere. Dico q oportuit ea que in diuersis locis tractata sunt sacre scripture in vnū locum colligi vt fides magis in ꝓmptu haberet. Et scias q tria sūt symbola. s. apl̄oꝝ quod dicit in matutinis. in ꝑma 7 in cōpletorio. Itē nicenum qd dicit in dieb⁹ dñicis post euāgeliū. Itē athanasij. qd dicit in ꝑma in dominicis diebꝫ alta voce. Et si queras. Quare symbolū apl̄oꝝ dicit summisse in ꝑma 7 in cōpletorio. alia ꝛo duo dicunt alte. vnū post euangeliū. alterū sicut Quicunq; vult saluus esse in prima. Respondeo. Symbolū apostoloꝝ fuit editū quādo fides nō erat ꝓpalata. 7 idō in secreto dicit. Et q; edituꝫ fuit ad ꝓponendā fidei doctrinā. ideo quotidie dicit in matutinis 7 in ꝑma. et in cōpletorio. quasi in p̄ncipio diei 7 noctis. in signum q oīs nostra opatio a fide debet accipe initiū. 7 q; ꝑ ipaꝫ ꝓtra aduersa 7 in ꝓsperis ꝓtegimur. Alia aūt symbola edita fuerūt tēpore fidei. iam ꝓpalate. 7 ideo publice cantant. Et quia nō ad ꝓponendū fidem. sed ad defēdendū vel ad elucidandū edita fuerūt. ideo nūc non in singulis diebꝫ dicunt sed in illis in quibꝫ homīes maxime ad ecclesiā venire ꝓsueuerūt. 7 in quibꝫ fit aliqua solēnizatio de his que ad articulos fidei ꝑtinēt. Et quia symbolū nicenū editum est ad manifestationē fidei dī statim post euāgeliū quasi expositio ipsius. Symbolū aūt athanasij qd ꝓtra hereticos editū est in ꝑma dicit quasi iam pulsis hereticoꝝ tenebris. Sed pōt queri. Hoc symbolū ꝓponit vt regula fidei cui⁹ actus est assentire. sed sicut dicit augu. in epl̄a ad biero. Solis apl̄is 7 ꝓphetis est hic honoꝝ exhibendus. vt quecūq; dixerūt hec̄a vera esse credant. ergo post symbolum apl̄oꝝ nō debuerūt fieri alia symbola. Ad hoc dico q patres q̄ alia symbola post apl̄os ediderūt nihil de suo apposuerūt. sed ex sacris scripturis ea q̄ addiderūt excerpserūt. et q; quedā difficilia sūt ī illo symbolo apl̄oꝝ. ideo ad ei⁹ explanatiōz editū ē symbolū nicenū. qd diffusi⁹ fidē q̄ ad aliquos articulos ꝓsequit. 7 q; quedā implicite ꝑtinebant ī illis symbolis. que oportebat ꝓpter insurgētes hereses explicari. ad id editū ē symbolū athanasij q̄ spēaliter ꝓtra hereticos se opposuit. De articulis aūt fidei habes ī fides.

Symia mie. in syma est.

Simila. a silis dī hec simila le. flos tenuissime farine q̄ 7 similago dī 7 pollē. vl pollis. 7 cor. mi. Vñ ī aurora. Sz similā spgat oleo sartagine frixā ꝛc.

Similagine⁹. in similago est.

Similago ginis. fe. ge. idē ē qd simila. vl similago dī gen⁹ frugis. 7 ꝓducit la. Vñ similagineus nea. neū. de similagine existēs vel ad similaginē ꝑtinēs. Eccī. xxxix. Panis similagine⁹. Alexander dicit. Hec simila de q̄ supra similago figurat.

Similis. a simul dī b̄ 7 b̄ similis 7 b̄ le. 7 cōpat similis lior lim⁹. Vnd siliter lius. lime. aduer. Et hec silitudo dinis. Vñ silitudinan⁹ ria. riū. p silitudinē loquēs. vl ad similitudinē ꝑtinēs. ꝓponit Cōsimilis. Dissimilis. Persimilis. le. i. valde silis. 7 oīa ꝓpant. Et a silis dī simulo las. i. facere simile. vel esse. vl repsentare. Et cōponit. Assimulo las. i. valde similare. Absimulo las. i. dissimilare. ꝓsimulo las. Dissimulo las. Insimulo las. i. valde similare. Simulo 7 ei⁹ ꝓposita sunt actiua. Inuenit

etiã assimilor laris. deponẽ.i eodẽ sensu.i q̃ et assimilo et corripiũt mi.silis z simile. Simillimus tñ ꝓdu.mi. positiõe.qr scribit ꝑ duo ll. Formak.n.a silis remota is.et addita lim⁹.z scias q cũ dr. simil illi refertur ad vultũ. ß simil illius.refert ad mores.ꝓpheta. Quis similis tui in dijs dñe.

Simillim⁹ ma.mũ.exponit in silis.

Similo las.in silis vide.

Symi⁹.mia.miũ.in syma vide.

Symma me.i.camera ꝑ duo m. Vñ in vita bti silvestri. Tarãno in symma prãdente. vltio diuina manifestata ẽ. Ubi q̃daz corrupte legũt syma.z dr a syma curuum.

Symmysta.a symma dr hic z ß simmista ste.i.camera n⁹. Vñ iuenit. Dauid symmista dñi. Vel symmista cõpo.a syn qđ ẽ cõ.z mista ste.qđ ẽ secretari⁹.vl mysterij actor. Inde symmista.i.cõsecretari⁹ mysterij.

Simon.simo onis.fuit ꝓpriũ nomẽ cuiusdã rustici a terẽtio introducti.q̃ dict⁹ ẽ simo.q̃si cõpugnãs.a syn qđ ẽ cõ.z machia pugna.qr cuz alijs seipm refrenãdo pugnabat et ꝓdu.o.in obliqs ad dñaz nominis apli qđ cor.in obliqs. Itẽ ꝓpter eãdez dñiam retinet n.in noĩe apli.sicut ẽ ibi apud grecos.s.simon.ß a noĩe rustici expellit.et dr simo Itez simo vl simon dict⁹ ẽ q̃dã mag⁹ q̃si cõpugnãs.qr cũ aplis dei pugnabat. Itẽ simon dict⁹ ẽ petr⁹ apls.q̃si cõpugnãs qr cõtra vicia et pcta pugnabat. Vl simon hebraice.latine interꝓtat audiẽs.vl obediẽs.z eadẽ cã ali⁹ apls dict⁹ ẽ simõ ß ad distinctiõem simonis petri dict⁹ ẽ simon chananeus.de vico galilee chana.vbi dñs aquã mutauit ĩ vinũ. Ipe.n.ẽ q̃ in alio euãgelista dict⁹ ẽ zelotes. Chana quippe zelus interꝓtat. Vñ zelotes.i.emulator.vñ idẽ ẽ zelotes.qđ chanane⁹. Interꝓtat etiã simon ponens tristiciã.ꝓdicta bñ cõueniũt vtriqz simoni petro vicz et simoni chananeo frĩ iude.et iacobi minoris.qr vterqz eor habuit obediẽtiã ꝓceptorz ꝑ executiõem. tristiciã afflictorz ꝑ passionẽ zelũ aiarz ꝑ cõstãtẽ feruo Simonia.ẽ studiosa cupiditas vl volũtas emẽ di vl vẽdendi aliqđ spũale. Dr aũt simonia.a simone mago ꝓmo in nouo testamẽto hui⁹ sceleris inuẽtore. qr voluit emere grãm spũsscti a scõ petro. sicut z giezi ĩ veteri testamẽto voluit vẽdere grãm sanitatis.i. sanitatẽ gratis datz naaman syro. Vñ ꝓprie vẽditor spũaliũ dr giezita a giezi. Empror ꝓpo simoniac⁹ dr a simone.vsu tñ vterqz dr simoniacus. Cõmittit aũt simonia trib mõis.s.ꝑ munus a manu.ab obsequo a lingua .ꝓmũ ẽ pecũia. scõm seruit⁹ debite ipẽsa. terciũ fanor.vñ dic Greg.in.ix.moral.tractãs illud iob. Clere bar oĩa opa mea. Tres inqt sũt acceptiões mũerũ ad qs fraude festinat. Est.n.mun⁹ a corde a lingua.a manu. Mun⁹ a corde ẽ capta grã a cogitatiõe. Mun⁹ ab ore.ẽ gloria ꝑ fauorẽ. Mun⁹ ex manu ẽ ꝓmiũ ꝑ dationẽ. Dz iust⁹ q̃sqz ab oi mũere man⁹ exercutit.qr in eo qđ recte agit nec ab bũano corde inanẽ gloriã.nec ab ore laudẽ.nec a manu datiõez recipe q̃rit Dz põt q̃ri. Absolutio qđã sacramẽtale ẽ.sz q̃dã accipiũt pecuniã.vt ab excõmunicatione absoluãt. Igit lz spũalia vẽdere z dare ꝑ tpalib. Ad hoc dico q ꝑ absolutione nõ dz exigi pecunia.ß tñ ei q̃ absolvit põt imponi pena pecuniaria. Vñ non lz aliqđ exigere q̃si ꝑ pcio absolutiõis.ß q̃si pcti pena in q̃ tñ canẽdũ ẽ .ne tal exactio magis cupiditati q̃ correctiõi ascribat. Itez scias q facere pactiõez de missa celebrãda simonia est sp. Si tñ nõ hz alios sũpt⁹ z nõ teneat ex officio missã cãtare.põt accipe denarios sic cõducticij sacerdotes faciũt nõ q̃si pciũ misse.ß q̃si sustẽtamẽtũ vite Itez qr oro ẽ marie spũalis.ß aliqs põt dare pecuniã bonis viris vt orent ꝑ eo. Preterea religiõis stat⁹ qđã bonum spũale ẽ.ß in qbusdaz mõasterijs ꝓcipue monialiũ exigit aliqđ ab eis q̃ ibi recipi dũt.q̃ licet spũalia dare ꝑ tpalib. Ad ß dico q oro spũalis ẽ. Unde nullo mõ dz sub pcio poni.nec illi q̃ dãt pecuniã pauperib.vt ꝑ eis orẽt oratiõem emũt. ß aimos pauperz alliciũt ad oradũ ꝑ se.et eos sibi faciũt debitores. Ad scõm q̃situ dicẽdũ q qñ possessiões alicui⁹ loci religiosi nõ sufficiũt ad sustẽtandũ plures. tũc põt exigi ab eo q̃ in illo loco vult deo seruire nõ q̃si pciũ religiõis ß vt habeat monasteriũ vñ posset ei ꝓuidere.et iõ nõ ꝓmittit simonia. Si aũt sine grauamie ecclie põt accipi.simonia ẽ aliqđ ꝑ receptiõe exigere. Itẽ scias q lz magistris vẽdere laborez suos. ß nõ sciam siue veritatẽ q̃ spũalis ẽ.vñ dr Prouer.xxvij. Noli vẽdere sapientiã et doctrinã et intelligẽtiã. Nota hic q cũ sacramẽta cõtineãt et causent grãm.nõ possunt licite vẽdi vl emi.et hoc triplici rõne. Primo qr dispensator sacramẽti nõ ẽ dñs ß minister sacramẽti. Emptio aũt dz fieri a dño rei. Secdo qr pcium emptiõis ponit q̃si mẽsura adequãs illd qđ emit.vñ a mẽsurãdo ꝓnumisma dr ꝑm Phm in.v.ethi. Gra aũt nõ põt cõmẽsurari alicui corꝑali bono.vñ iniurã gratie facit q̃ sacramẽta gratie vẽdit aut emit. Tercio qr gratia ex ß nomẽ accepit qđ gratis dat. Vñ cõtra ratiõem grẽ fac. qr sacramẽta gratie q̃si venalia tractat.vide etiã ĩ simoniac⁹ z in elemosyna z in acceptio Itẽ scire te volo q nullus licite retinere põt illud qđ cõtra voluntatẽ dñi adq̃sivit. Puta si aliquis dispẽsator de reb domini sui daret alicui cõtra volũtatẽ et ordinatiõz domini sui.ille qui accipet licite retinere nõ posset. Dñs aũt ecclesiaz cuius plati sunt dispẽsatores et ministri ordinauit vt spũalia gratis darent.ꝑm illd Matth .x. Gratis accepistis gratis date. Et iõ qui mũeris interuentu spũalia quecũqz assequũtur ea retinere nõ põt. Insup aũt simoniaci tã vẽdẽtes q̃ementes spũalia at etiã mediatores alijs penis puniũtur.s.infamia z depositiõe si sint clerici.z excõmunicatiõe si sint laici .vt hĩ j.questi.j.ca. Si q̃s epi. Itẽ scias q nec ꝓpter ꝓceptũ eius nec excõmunicatiõez debet aliqs recipe ordinem ab epo quẽ scit simoniace ꝓmotũ. Et si ordinet nõ recipit ordinis executiõem. Et si ignoret eũ eẽ simoniacũ.indiget dispensatiõe q̃uis quidã dicãt q si ñ põt eũ ꝓbare eẽ simoniacũ debet obedire recipiẽdo ordinẽ.sed nõ dz exeq̃ sine dispẽsatiõe .sed absqz ratione hoc dr vt dicit frater Thomas.quia null⁹ dz obedire alicui ad cõicãdũ sibi in facto illicito.ille aũt q̃ ẽ ipso iure suspensus.et q̃ ad se z q̃ ad alios illicite cõfert ordinẽ.vñ nullus dz sibi cõicare recipiẽdo ab eo ordinẽ q̃cũqz ex cã. Si aũt ei nõ cõstat nõ dz credere pctm alterius.et ita bona cõsciẽtia dz ab eo ordinez recipe. Si aũt eps sit simoniac⁹ aliq̃ alio mõ q̃ ꝑ ꝓmotiõem suã simoniace factã põt ab eo recipe ordinẽ si sit occultũ. qr nõ ẽ suspẽsus q̃ ad alios.ß q̃ ad seipm tm. Itẽ nota q q̃ ad deũ sola volũtas facit simoniacũ.ß q̃ ad penaz ecclĩasticã exteriorẽ nõ punit vt simoniac⁹.vt abrenũciare teneat.ß dz de mala intẽtiõe penitere.

Simoniac⁹.a simonia dr simoniac⁹ ca.cũ .q̃ facẽ simoniã. Et simoniac⁹ ca.cũ.pnl.cor.in eodẽ sensu qđ magis deriuat a simo onis. Itẽ a simone dicti sũt q̃dam heretici simõici. Hi dicũt creaturã a deo ñ cẽ.ß a ꝑte q̃dã supna creatã.

Symonides dis.pnl.cor.poeta q̃dã fuit liric⁹ .vnde symonida metra. Dauid etiã dictus ẽ symonides.vñ dicit hieronym⁹ in epla ad paulinũ. ca.vi. Dauid symonides nr.qr.s.lirice scripsit apud hebreos.sic symonides apud grecos.

Symphonia.a syn qđ ẽ cõ .et fon⁹ qđ ẽ son⁹ cõpo. ß symphonia nie.i.cõsonantia.vl cõcordia sonoz vl vocũ. Vñ ꝑ cõpositiõem a symphonia. i.inconsonantia Itẽ symphonia dr qđã instrumẽtũ ꝓpr ꝛsonãtiam. vñ symphoniac⁹ ca.cũ. Et ß z ß symphõista te. canẽs cũ symphonia. Et symphonizo zas.cũ symphonia ca-

nere.et acuit ni. Vel vt vi.paꝫ. Symphonia vulgo appellat lignū cōcauū ex vtraq; pte pelle extēsa quā virgulis bincinātes musici feriūt. Fitq; in ea ḡuis z acuti ex pcordia sua nissim⁹ cāt⁹. In luca aūt ca.xv. vbi dicitur. Audiuit symphoniā z chorū. dic glo. Symphonia ē diuersarū etatū z virtutū velut variaꝫ cordaꝫ indiscreta cōcordia. Hiero. di. q; symphonia cōsonātia, exponit in latinū. vl dic q; son⁹ symphonie fit ī cōgyratiōe. Chorꝰ aūt son⁹ fit in cōcordia multaꝫ vocū vñ symphonia signat gaudium de reditu peccatoris. Chorꝰ xⁱ signat gaudiū de cōsono statu beatoꝝ. vel ſm Hiero. Cōcors in dei laude cōcent⁹ ex hoc vocabulo symphonie signat. Et acuit ni. in symphonia.

Symphonides dis. penl. cor. dict⁹ ē dauid a musico instrumēto qđ ē symphonia. vñ di. Hiero. in epla ad paulinū ca. vij. Dauid symphonides nr̄. Hic etiā dictus ē symonides. vt dixi in suo loco.

Symphonista ste. in symphonia ē.

Symphonizo zas. in symphonia vide.

Simplex. plica cōpo. cū sine. et dr̄ b et ƀ z b simplex plicis. q̄si sine plica. vl partiū varietate. et cor. pli. Et cōpat simplexcior. cissim⁹. vñ simplicit ci⁹. cissime. aduer. Et hec simplicitas tatis. Jtē simplex in bona pte aliq̄n sumit. i. sine plica malicie. sine duplicitate pur⁹. Un de iob dr̄. Erat vir simplex z rect⁹. Simplex ī effectu. et rectus in intellectu. Et greg. in omel. pētbecostes dic. Neq; n. placet deo. aut simplicitas sine zelo. aut zel⁹ sine simplicitate. Hinc ipa veritas dic. Estote prudētes sicut ſpētes. z simplices sic colūbe. Qua ī re not ādū ē. q; discipl̄os suos nec de colūba sine serpēte. nec de serpēte sine colūba voluit dñs ammonē. q̄tenus z colūbe simplicitatē astucia ſpētis accēderet. et serpētis astuciā colūbe simplicitas tparet. Hinc paul⁹ ait. Nolite pueri effici sensib⁹. ecce prudētia serpentis ƀ malicia pauli estote. ecce simplicitas colūbe. Jtē a sine et plica cōpo. simpl⁹ pla. plū. Et differt a simplici. qr̄ simplex ē qđ caret pte. ƀ simplū ē qđ bz oīes ptes eiusdē generis et eiusdē speciei z nature. vt elemētum ignis simplū ē. qr̄ q̄libz ps eiusdē ignis ē. et q̄q̄d pstat ex ptib⁹ eiusdē generis cū toto simplū dr̄. Jtē simplū q̄si tātūdez. i. ñ duplū vl triplū ꝛc. vt cū dr̄. b ē duplū illi⁹ vl triplū. et b ē simplū.

Simpl⁹ pla. plū. in simplex ē.

Sympsalma. a syn. qđ ē cō. et psalm⁹ cōpo. ƀ simpsalma matis. vl hec simpsalma me. i. psonantia psalmi. vl vocis copulatio in cātando.

Simul adū. cōgregādi. i. vna pter in eodē loco. vl i eodē tpe. Sic etiā q̄q̄ ponit p postq̄. Luca. Stat sic a pma descēdit origine mūdi. Causaꝫ series ꝛc.

Simulacrū. a simulo las. dr̄ hoc simlacꝝ cri. pnl. cor. .i. imago. effigies. q̄si simulās aliud q̄ sit.

Simulac. i. postq̄. Ouid. de fastis li. ij. Que simulac tenuit ītezne stagna sororis. Jtē hora. ī ſmone q̄ incipit Ambubiarū. Jupiter exclamat sic ac audiuit ꝛc.

Simulo. a simil vl sil dr̄ simulo las. i. repsentare. z p pprie falso fingere. et pprie fingere se scire qđ nescit. vel eē qđ nō ē. Simulo cōpo. assimulo las. i. valde simulare. absimulo las. i. dissimulare. cōsimulo las. dissimulo las. i. diffiteri. negare. inficiari. se scire. vl eē qđ scit vl ē. Un̄ solz dic. Simulo qđ nescio vl qđ nō sū. Dissimulo qđ scio vl qđ sum. Insimulo las. Et insimulor laris. inuenit in eodē sensu ī deponē. ge. Simulo las. et cōposita ab eo sūt actiua ſm hug. Et in greci. dicit Qđ nō sū simulo ƀ dissimulo qđ ego sū. Et paꝫ. dic. Simulam⁹ ignota. dissimulam⁹ nota.

Simultas. a simulo las. dr̄ b simultas tis. i. discordia lis. inimicicie. ptētio. dol⁹. et pprie latēs odiū. Leo papa. Lesēt odia. deficiāt siktates. oia xpi mēbra quiēāt.

Simultū. a simultas dr̄ hoc simultū ti. q̄dā xⁱmis in cornib⁹ arietum. q̄ facit eos cornupetare. Un̄ simulto tas. i. inimicos facere. et fugare. vel sectare. et odia habere.

Symus in syma vide.

Syn cōiūctio causalis vl cōfirmatiua. Jtē syn grece latine cō vel sil signat. Jtē syn q̄dā loc⁹ ē in deserto q̄ et syna dr̄. Et interptatur syna mādatū qr̄ legē ibi susceperūt. z acuitur in fine.

Syna ī syn vide'.

Synagoga interptat cōgregatio. et ē ppie iudeoꝝ Et dr̄ a syn qđ ē cō. et goge qđ ē pgregatio. vl cōgregare. Inde synagoga. i. pgregatio. Sz nra ecclia. i. cōgregatio cōuocatio interptat. vide in ecclia.

Synalympha. ē quedā species metaplasmi. De q̄ dixi in q̄rta pte in ca. de metaplasmo.

Sinapis. nap⁹ cōpo. cū silis. et dr̄ b sinapis. qr̄ folijs sit napo silis. Un̄ b sinapi in decli. p semie illi⁹ herbe. et cōfectione illi⁹ herbe q̄ fit ex illo. et inde sinapicus ca. cū. pnl. cor. et pdu. na. sinapis. Un̄ q̄dā. Sinapis cerebrū. ƀ purgat pectus ysopus.

Synaxis. synaxis grece solēnitas latine cōuēt⁹ dr̄. a syn qđ ē cō. et axis qđ ē psalm⁹ q̄si psalmoꝝ cōcursus

Syncatbegorema. a syn z catbegorema cōpo. b syn catbegorema matis. i. psignificatiuū. z pdu. pnl. nti. ƀ cor. pnl. gti. vñ pteritoꝝ alie a noie z xⁱbo dicūt syncatbegoremata. i. cōsignificatiue ſm dyaleticos.

Sincerus ra. rū. et hic et hec sinceris. et hoc re. in eodē sensu. i. sine cera. sine mollicie. sine flexibilitate. s. purus. cōstās. firm⁹ mūdus sine vicijs. et cōpo. sincerus a syn et cera. qđ cōpo. Un̄ sincerus. q̄sincer⁹. Caueat ḡ sibi quilibet in accētuando b noīa. Habet em̄ vtrūq; acutum accentum sup penul. est em̄ pnl. pdu. in vtroq; q̄ autem in sincerus penul. pducat. patet per horatium in fine scde eple. Sinceruz nisi vas quicq̄d infundis acescit. Ex xⁱo in sinceris penul. pducat. liquet in illo versu virgilij in moreto. Subsedit sincere foraminibusq; liquat. Emūdata ceres. Nō aūt pt̄ dici q̄ ibi sincere sit aduerbiū. a sincerus ra. rū. falsus enim esset xⁱsus. sed est terminatio neutri generis. huius nominis sinceris. et ponitur ibi aduerbialit ſm quosdaz ƀ melius ibi legitur nominaliter. q̄ aūt dr̄ sincer⁹, vel sinceris. q̄si sine carie. ety. ē. ita dicit hug. Magister at bene. dic. sincerus pdu. e. ante r. qđ q̄daz dicūt posse corripi si cōponat a syn z carie. Nos xⁱo dicim⁹ q̄ media nūq̄ pōt corripi. siue dicas sincerus siue sinceris. qr̄ nūq̄ inuenit in aliquo bono autore nisi longa. nec cōponit a cera vel a carie. ƀ a syn qđ ē cō. et cbere qđ est salue. vñ syncex. i. cōsaluum. quasi ex toto saluum et absq; macula. ita vult magister bene. sed quedā glosa sup illud ad Philip̄. j. Sitis sinceres. dic. i. sine opibus corruptionis. et sic videtur glosa illa velle q̄ sinceris cōponitur a sine et carie. et sic penul. tunc corriperetur. Ad hoc dico q̄ cū dicitur sinceris. quasi, sine carie. vel sine corruptione. etymo. est. et non compositio. vnde non recipimus illum xⁱsum sinceris a carie. sed sincerus sine cera. Alio vi⁹ dico q̄ sincerus siue sinceris. siue cōponatur a syn et cera. siue a syn z cbere. qđ magis mihi placet sp. pdu. penul. Un̄ quidam Res est sincera. res sinceris q̄ pura. Cum aūt dicitur sinceris q̄si sine carie. ety. ē. sicut ſm Greg. Obruzū dr̄ q̄si obrude aux. et ē ety. qr̄ obrude cor. pnl. ƀ obruzum eā produ. sincer⁹ etiā z sinceris ppat sincerioꝝ simus. vñ sincere vl sinceriter rius. rissime. aduerbium. vnde sinceritas tatis. id est puritas sine fermento malicie et nequicie.

Sinciput pitis. anterioꝝ ps capit̄. vñ xⁱ⁹. Sinciput anterioꝝ ps capitis dr̄ eē. De hoc dictum ē in caput.

Syncopa ē q̄dā spēs metaplasmi de q̄ dict̄ ē in .iij. pte in capi. de metaplasmo. Et a syncopa dr̄ syncopo pas. i. syncopā facere.

Syncresis q̄dā trop⁹ vide in. iij. pte in. c. de tropis.

Syncronō acuit ī fine. Hier. ī plogo osee. Et osee syncronon isaie. i. cōtēpane⁹. Nā syncronō. i. vn⁹ tēporis. z cōpo. a syn qđ ē cō. vl sil. z cronō qđ ē tps q̄si vn⁹ tpis. vl sil ī eodē tpe. Naz ꝑm biero. isai. et osee eisdē tpib⁹ ꝓbauerunt.

Synderisis dr̄ ps supioꝝ rōnis. vide in cōscīa.

Syndiasmos ē eadē figura cū antitheta.

Syndon onis. fe. ge. dr̄ linteū amictoriū mulieꝝ q̄ humeri⁹ opūt. z q̄nq⁹ simplr dr̄ ꝑ lineo pāno. matb. xxvij. Et accepto corpe ioseph inuoluit illō ī syndone munda. et cor. pnl. gti. vñ in aurora. Qua vestit⁹ erat syndone nudus abit.

Sine ꝓbū ē impatiui modi de sino nis. et cor. si. Itē sine ē ꝓpositio. et differt sine. qñ ꝓponit⁹ et postponit⁹ casuali. Preposita. n. grauāt⁹ vtreq⁹ syllabe. vt sine timore. Postposita pnl. acuit⁹. vt te sine nil altū. Et ꝑ patz q⁹ oreten⁹ et pubeten⁹ et ꝯsilia acuūt te. De hoc dixi in. ij. pte. vbi egi de cōpositis a ten⁹.

Sinedra ē idē qđ cōcess⁹. vt br̄ in hist oriis sup gen. q. vbi tractat⁹ de edificio tēpli. c. de atrio mūdoꝝ ꝛc.

Synethesis. exponit⁹ in. iiij. pte in ca. de coloribꝰ be.

Singillatim. i. singulatī ꝑ singlas vices. ꝑ vnūquēq⁹ seorsum. Et dr̄ singillatim q̄si singulati. a singul⁹ la. lū. qđ ē vn⁹. vl a singul⁹ qđ ē vnic⁹. Aug. xo di. q⁹ a singul⁹ dr̄ singulatim adu. discretiuū. i. ꝑ singlos. ꝑ q̄ qđā dicūt singillatim. ꝑ male ꝑm eū. Prisci. etiā in tractatu de aduerbijs d. a singul⁹ singlatim. Ad hoc dico q⁹ ꝑm formatiōem vr̄ cē dicēdū singlatim sic ab hostio hostiatim. Pōt nihilomin⁹ dici singillatim ꝑ singulatim. et ꝑ cōis vsus approbat. Vñ ꝓba. Qui finxit singillatim corda cor. i. aīas. q⁹ de⁹ aias singuloꝝ creādo infudit. z infudendo creat. ꝑm Aug. Itē ī symbolo athanasij. q⁹ sic singillatim vnūquāq⁹ psonā deū aut dñm ꝓfiteri xp̄iana veritate cōpellimur.

Singrapbus in cirograph⁹ exponit⁹.

Singlaris. a singul⁹ dr̄ b z ꝑ singlaris et ꝑ re. vñ singlarit⁹. et ꝑ singlaritas tis. Vide etiā in Thomas.

Singulatim. in singillatim ē.

Singultio tis. tiui. tire. i. ptrabere spūm z anbelitus cū difficultate. et deberet facē supinū singultitū fac at singultū. Vñ singulto tas. freqn. hic singult⁹ t⁹. ptra ctio anbelit⁹ cū difficultate. Vl ꝑm medicos. singultus ē son⁹ violēte cōmotiōis oris stomachi ex fumosa ei⁹ dispositiōe ꝓueniēs. Vñ singultuos⁹ sa. sū. i. singultib⁹ plen⁹. Et singultiz adu. Singultio z ei⁹ ꝓpo. siq̄ bz sūt neutra ꝑm hug. Pap. xo di. Singlt⁹ suspiriū viscerū pull⁹. plorratio. gemit⁹. tristicia. plāct⁹.

Singult⁹ in singultio ē.

Singul⁹. A signo nas. dr̄ singul⁹ la. lū. i. vn⁹ vl vnic⁹ ꝑ in plāli accipit⁹ distributiue. Vñ singuli ꝯmedūt. i. sepatiz q̄libz ꝑ se. vn⁹ z vn⁹ ꝑ se. Et a singul⁹ dr̄ singulo las. i. singulos facere. vnū z vnum ꝑ se dividere.

Sinisterius in sinistra ē.

Sinisternus in sinistra ē.

Sinistra. a sino nis. dr̄ ꝑ sinistra stre. q⁹ rē fieri sinat. q⁹ aūt dr̄ sinistra q̄si sine dextra. etymo. ē. Vñ sinister stra. strū. et sinister sinistera. sterū. i. a pte illa. vl malus cōtrarius. nociu⁹. Et cōpat sinisterior sinistimus. qđ regulariter deberet ē sinisterrim⁹. z a sinister dr̄ sinisterius et sinistern⁹ a. um. i. ꝑ sinistrā ductus. vl q̄ sinistra. tic ꝑ dextra vl ecōuerso. et sinistro ras. i. ꝑ sinistrā ducē. l. ad sinistrā diuertē. vl sinistra vti ꝑ dextra.

Sinistror suz. Sinistra cōpo. cū xbo suz. et dr̄ sinistror sū. i. versus sinistrā ptem.

Sining⁹ ga. gū. ī. cōiug⁹ exponit⁹.

